




VII
BEROALI OPUSCULA
49
K 6
45
S. L. ET A.









OPVSCVLA QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR HAEC SVNT.

Declamatio Philippi Beroaldi An orator sit philosopho & Medico anteponendus.

Philippi Beroaldi libellus de optimo statu: & prĩcipe

Oratio prouerbiorum condita a Philippo Beroaldo. Qua doctrina remotior continetur.

Declamatio Philippi Beroaldi contra scortatorem & de ebrioso Aleatorem.

Philippi Beroaldi Heptalogos siue septem sapiẽtes.

Prouerbia ficini

A bono in bonu(m) o(mn)ia diriguntur. Letus i(n) presens. neq(ue) ... existimes. neq(ue) appetas dignitates. fuge excessu(m) negocia. Letus in p(rese)ns.



¶ Ad Clarissimum Paulum Sidlouitium scholasticum Polonum Philippi Beroaldi Bononiensis Epistola.

Portium Catonem Tusculanum illum. qui optimus orator: optimus senator : optimus imperator est habitus : dicere solitum ferunt Mensam esse amicitiarum parentem: & quandam quasi conciliatriculam. At quanto illi honestius: Verius: speciosius. qui scolam amicorum seminarium: qui litteras beniuolētie glutinum dixere. Nimirum ille sunt uere diuturneq; amicitie: que parantur in gymnasiis litteratoriis. que ex studiorum similitudine proueniunt. Ex hoc fonte amici mihi sexcenti fluxerunt. Ex hoc amicorum columen & gemma Minus Roscius deriuatus. quo nil elegantius. qui cum seria & ioca ut dicitur. Qui eruditorum nobilissimus: nobilium eruditissimus. Qui omniū horarum instar Pollionis Asinii dici meritissimo potest. Cuius amicitia iucundissima ut peculiariter glorior, ita maxime delector. quam spero sicut nunc omnibus notissima est: Ita cognitam quoq; posteritati fore. Hic idem studiorum nexus quo nihil tenacius: te mihi Paule uir clarissime copulationibus necessitudinis arctioribus deuinxit. qui iam sexquiannum degis Bononie inter scholasticos transmontanos : ut nobilissimus : sic amabilissimus. qui non magis tui ordinis hominibus es gratus ob comitatem. q̄ nostratibus ob morum honestamenta. In te omnia sunt affatim congruentia claritudini familie. & que apud Polemonios uel ut a recentioribus corrigimur : apud Polonos non minus honorata q̄ clara iamdiu floruit. floretq;. Et ne proauos atauosq; in presentia percenseam : pater tuus. Cui Stanislao nomen in maxima fuit: sicut par erat: apud regem polonorum existimatione: amplissimis honoribus gestis : fidei sinceritate probatus. uite peritia moratus. preconio bonitatis ornatus : Et cum consiliatores principum prudentia cum primis preditos esse oporteat. Fuit pater tuus dum uiueret apud Cardinalem polonum primi nominis consiliari

us:ostendens nihil prius in omni uita esse consilio.plusq; si/ne doctrina prudentiam quam sine prudentia facere doctri nam. Quid dicam de numerosa fratrum tuorum cohorte. omnes aurici sunt. Et cum summus honor sit principi uel uni placuisse.ii.apud principes in gratia sunt & existimatio ne. Ex quibus Iacobus sacratissimo regi Albergo est perquã iucundus. Cui ob fidem thesaurorum regiorum mandata custodia: que nisi integerrimo: probatissimoq; haud temere cõmitti solet. Petrus uero mense regie structor est & scinden dorum obsoniorum scius artifex. Quod quidem ministeri/um in aula principali honorificum haud dubie est.idq; soli ingenuo & plane nobili iniungitur. Idem rebus bellicis pre/pollens nec in toga spernendus.propter quod apud regem intimus est. Et aulicis purpuratisq; fere omnibus uenerabi/lis, amabilisq;. Secundum hos Nicolai quoq; sunt uenti ual/de secundi. necnõn & huic adolescentulo aura principalis af pirat. Ceterum ut hi apud regem fauorabiles: sic apud illu/strissimum regis fratrem Sigismundum Christophorus tecũ in sinu est.uterq; fouetur.uterq; diligitur. Nam Christopho ri prudentia singularis ac ingenium presens effecerunt ut di gnitate Discophori Cracouiensis peculiariter insigniretur. Que apud uos est oppido q̃ honorata puincia. Tu uero mi Paule ob dexteritatem: ob eruditionem: ob bonitatem: me/ruisti ut eidem principi esses a secretis. Tu archigrãmateus: tu auricularius Illustrissimi principis nuncuparis. Cancella riũ uulgo nominitãt. His de rebus fit ut familia Sidlouitia tante sit auctoritatis existimationisq; apud Polonos. ut qui emergere illic atq; enitescere concupiscunt: hii ad Sidlou/tios fratres confugiant: Vobisq; deprecatoribus potissimũ utantur. Venisti tu haud ita pridem in gymnasium nostrum ut latinos nos latialiter personantes audires: Vt dolatorio la tinitatis: si ulla esset lingue asperitas leuigaretur. Quod adeo te delectat: detinet: pascit: ut non solum publicas scholas fre/quentes: Sed priuatim quoq; aliquid scitu dignum me docẽ te continenter inaudias. Iamq; domus tua facta est officina

& conciliabulum politioris litteraturę. Ex hoc quottidiano docendi: discendiq; cõmertio beniuolentia inter nos uberior adoleuit. hac autem uellicante comonitus libellum hunc tibi Paule Vir clarissime nominatim dedicaui: ut monumentum sit mei erga te amoris sempiternum: ut absens ĩ patria hec interuisens Philippum tuum subinde recorderis. Materia est opinor non indigna cognitu, nec triuialiter protrita. Cuius uarietas multiiuga lectorem oblectare nec minus instituere possit. Et te presertim: Cui omnia qualia cũq; mea probantur: Sed iam perlege queso controuersiam trium fratrum neq; illepidam neq; ineruditam Mox de optimo statu libellum prelecturus. Vale decus scholasticum. & dilige doctorem:

FINIS:

FINIS.

Philippi Beroaldi Declamatio An Orator sit Philosopho & Medico anteponendus.


Agna:ac uenerabilis res est eloquentia Viri ornatissimi: Cuius bono nihil præstabilius: Cuius beneficio fit:ut tãto hoĩbus ipis p̄stent eloquẽtes: quanto hoĩes cæteris animantibus antecellũt. hoc cũctis satis liquet:hoc præconio omniũ atq; consensu celebratissimũ:hoc nostra quoq; oratione iãpridem edita testatũ est. Attamen hodierno die Philippicas. M. Tullii siue Antonianas auspicaturus existimaui me facturũ operæ precium: si ritu scholastico paulũ rhetoricarer:Et declamatoria dictiõe præluderẽ. Quod ut cõmodiꝰ fiat,unam de schola priscorũ declamatorũ controuersiã pertractabo:Daboq; operam ut conditur æ nostræ:concinnataq; edulia faciãt ad stomachum:ut quæ a me dicentur: ea & animos foueant:& aures p̄mulceant. Sed ut longas præfationes recidamus:rem ipsam ingrediemur. Quod dum fit:uos queso diligenter ac libenter attendite.

Argumentum.


Ater qui tres liberos habebat: philosophũ medicum:oratorem,moriens testamẽto eũ hæredẽ fecit,qui esset utilissimꝰ ciuitati. post mortẽ patris cõtendunt tres fratres:cui hæreditas paterna cedere debeat: primus philosophus coram iu-

dicibus agit causam: a quo cũ alia tum hæc dicuntur.

Declamatio.


Emiror Iudices cuipiã mortaliũ dubium uideri: cui ex tribus fratribus potius paterna
A bona sint adiudicãda: Cũ philosophia sit regina cunctarum disciplinarum: quam. M. Tullius inuẽtum deorꝝ: Plato uero donũ deorum tradiderunt. Quo bono: ut ipsius Platonis uerbis utar: nihil unquã maius mortalibus datum est a diis: nec unquam dabitur. Hæc est uitæ lex: uirtutũ indagatrix: uitiorꝝ expultrix: lumen legum: magistra morũ: Rerum elementariarũ exploratrix: Cæli & mundi cõtemplatrix quin altitudinis studio etiam cælo ipso sublimiora quæpiam uestigat. Et ut inquit platonicus Apuleius in extimo mũdi tergo degit. Hac internuncia homines deo cognati & proximi imo ut uerius loquar dii terreni efficiuntur. Quid per deos immortales excellentius sacratissima illa philosophia: quæ supra hanc caliginẽ: in qua uolutamur excedens: docet quid agatur in cælo? Meritoqꝫ Seneca philosophorꝝ sincerissimus sanctissimusqꝫ: Cui utiqꝫ credi conuenit. Naturæ rerũ gratias agit: cũ secretiora eius ingressus discit quæ uniuersi materia sit: quid sit deus: totus in se intẽ
B derit: An ad nos aliquando respiciat: faciat quottidie aliquid. An semel fecerit: pars mundi sit an mundus: An mundi aĩa: an poti9 opifex & factitator: liceat ne illi ex lege fatorũ aliquid derogare: An maiestatis diminutio & erroris confessio sit mutanda fecisse. Ad

hæc nulla res magis discusserit caliginẽ illam nebulæ crassissimam: quæ ut duo poetarũ clarissimi prodide-runt: obtutus mortalium hebetat: menteſq; obducit oppãso ignorationis uelamento. Quid porro utilius illa altera philosophiæ pte: quã ptim æthicen: partim moralem appellitãt. q̃ maxime ad hoies spectat: quæ docet quid in terris agẽdũ sit: & errores nostros discu tit. Quæ urbes peperit. Dissipatos homines in socie tatẽ uitæ cõuocauit. respu. bñ moratas instituit. Vn-de nõ imerito sectatores philosophiæ ubiq; gentium philosophos nominitãt nomine. s. sancto & religio-so quasi solos sapiẽtiæ studiosos. Qui ante Pythago-ram sophi id ẽ sapientes & habebãtur & nominabã tur. Quid quod & philosophus medicus ẽ. Cũ philo sophia ut inquit Arpinas orator sit animarum medi-cina. Quod & Galenus quoq; testat̃. Cũ autem mor bi pernitiosiores pluresq; sint animi quã corporis: p̃-stãtior haud dubie ẽ philosoph9: qui grauiorib9 mor bis medelas ac fomẽta salutariter apponit: qui deniq; tãto est quã corporis medicus nobilior utiliorq;: quã to animus corpoř est p̃ciosior. Quin etiã philosoph9 Oratorẽ. Vñ enĩ uis & sylua dicẽdi nisi ex scholis phi losophoꝝ ducta est? Vñ riui eloquẽtiæ nisi ex fontib9 philosophiæ deriuati? Huc adde quod dialectice. i. disputatoria siue disputatrix philosophorum est: quæ rhetoricæ prope germana est: In tantum ut Ze no dialecticen manui in pugnũ compressæ. Retho-ricẽ uero explicatæ similẽ cẽ tradiderit. Quid per de-

A B C D E

os ĩmortales hac tripartita philosophia ꝑstabilibus: quid utilius eẽ ac dici potest? Cuius una pars reꝝ naturã scrutatur: altera cõponit animũ & mores: tertia structurã uerborũ exigit & argumentationes. Ipsum porro philosophiæ uocabulum quid aliud significat quã amorẽ studiũq; sapiẽtiæ? quo quid meli9? Cuius

A germana est philocalia quæ amor pulchritudinis interꝑtatur: tãquã sine philosophia pulchritudo eẽ nõ possit. Cæterũ ut semel finiã. Philosophus hoc est sapiẽs omnia. Et ut ĩquit ille uno minor est Ioue: diues:

B liber. honorat9: pulcher: rex deniq; regũ. In tãta apd priscos extimatiõe ac reuerẽtia habiti philosophi: ut Platoni sapiẽtiæ antistiti Diõysius tyrãnus uittatam nauem obuiã miserit: Ipse quadrigis albis egredientem in littore exceperit: ut Alexander magnus Aristotelis philosophorũ doctissimi patriã restituerit in honorẽ ꝓceptoris. Cui se non min9 debeᷓ quã philippo parẽti profitebatur: ut Pythagorã crotoniatæ ac metapõtini pro deo colerent: & ex eius domo tẽplum facerẽt. Qui ĩ tanta fuit admiratiõe: ut qui ꝑsentia illi9 frui meruissent: id ꝑscriberent ad suos: tãquã magnũ quiddã ac præclaꝝ adepti forent qd Pythagoram uidissent. Nũc quoq; uos iudices reueriti nomen philosophi sacrosanctũ ac uenerabile: philosopho mihi bõa paterna ut par ẽ: adiudicate: & sentẽtia uestra decernite. Cũ uoluntas patris hoc uoluerit. Cũ sensus cõmunis hoc diiudicet: Cũ excellẽtia doctrinæ quã profiteor: hoc peculiariter deposcat. Dixi.

Quid Dionysius tyrann[us] in platonẽ

Quid Alexander filius in honore[m] ... preceptoris sui

Audiſtis hactenus uiri clariſſimi: quæ ex philoſo-
phi pſona i petitiõe hæreditatis paternæ dicta ſunt.
nunc quæſo audite attẽtis animis & auribus: quæ ſe
cundo loco medicus egerit: Qui cauſæ ſuæ patroci-
natus eſt patrocinio huiuſce uel cõſimilis orationis.

Diſceptatio eſt iudices ĩter nos nõ quæ ex noſtris
ſit ars ſpecioſiſſima: ſed quæ ciuitati utiliſſima. Q uæ
rit quis ex nobis plus mortalibus proſit: Quis ne- A
ſcit medicum ad omnes totius ciuitatis ordines. Ad
omnẽ ſexum. Ad omnẽ ætatem pertinere? Cum ſum
matibus infimatibus: uiris: fœminis: ſenibus: pueris
ægrotare contingat. Cum omnes ex hoc utilitatẽ in
diſcriminatim petant: meritoq; dici poteſt medicum
rẽ cõmunem terrarum eſſe. Et mehercle ſi uera diſpi-
cimus: ſi curioſe cuncta perpendimus: ſola medicina
ſoloq; medico opus eſt omnibus. Medicina eſt quæ
una cõtra fata depugnat: eaq; idẽtidẽ expugnat: quæ
languẽtib9 uitam prorogat: quæ iam deploratos: iã
defletos: iã in familia orci numeratos: luci auræq; ui
tali perſæpe reſtituit: multiq; medicinæ opa reuixiſſe
creduntur. Et ne fabulas percẽſeam: quæ ab Aeſcula
pio Hyppolitum & Tyndaridã ad uitam reuocatos B
ferũt. Nõne Aſclepiades inter medicos famigerabilis
argumentũ huiuſce rei uel potentiſſimum eſt: qui ho
mini iã conclamato depoſitoq; dũ effertur fatũ attu-
lit. Cuius animam in corporis latibulis deliteſcentem
euocauit: eumq; ab inferis poſtliminio prope funera
tum domũ rettulit. Huc adde qd huic arti tantum ho

noris tribuere maiores : ut diis inuentores suos assignauerint: cæloq; dicauerint: Apolline: Aesculapiuq;

A quæ prodẽdo: quem ob id Archiatrum quasi principẽ medicorum dixit Antiquitas: Et profecto medicinares est sacra. Et ut Salamonis sapientia. omnis medela a deo est. Ideo & saluberrime sapientissimus ille præcepit medicũ honorãdum esse propter necessitatem. Cũ illum altissimus creauerit. Quod autem philosoph9 frater gloriat9 ẽ philosophos prisco sæculo honoratissimos extitisse apud reges: ne in hac quoq; pte illi utiq; cesserĩ: cũ medicos accepimus prope cul-

B tos ad deoꝝ uicẽ: Nãq; Hippocrates ille maxius medicoꝝ ob depulsam arte medica pestilẽtiã ex illirico ĩ græciã ueniẽtẽ: honores illos meruit a græcis: quos herculi decreuerũt qua in re subit mẽtem illud Galeni ex libro theriaces : quẽadmodum. s. iussit diuinus Hippocrates ignes fieri medicatos odoramentis & suaue olentibus unguẽtis pfusos. ut ita aer tabificus emacularet: fieretq; in attrahẽdo ĩnocẽtior sincerior q;. Quod ĩ pestilẽtia factitãdũ Auicẽna quoq; pcepit. Quid Ascrepiades idẽ inter medicos priscos (Hippocratẽ semp excipio) facile princeps : nõne uniuersum ppe humanũ genus circũegit in sese? non alio mõ quã si e cælo emissus aduenisset: quinq; res maxime cõmuniũ auxilioꝝ pfessus. Abstinẽtiã cibi uini:

C frictionẽ corporis: ambulationẽ: gestationẽq;: qui ex petitus a maxio regum Mithridate legatos illius ad se missos pollicitationesq; ingẽtes spreuit posthabu

itq; quieti litterarum. Critobolus quoq; & Erasistratus habiti sunt in maxima apud reges maxios existiatõe: cum alter Philippũ Alexandri patrẽ: alter Anthiochũ syriæ regẽ solerti curatione sanassent. Quid multa? cum sanitate nihil utilius sit mortalibus: qd Galenus quoq; asserit i libro hereseõ.i.sectarũ. Medicina ãt cũ sanitatẽ pstet liquido colligimus medicum & philosopho & oratore lõge utiliorẽ esse ciuitati. qd si philosophia aĩ medicina dicitur: medicĩa quoq; corporum philosophia perhibet: cuius adiumẽta infirmitas hoĩum aduocat: & continuo ubi ægritudo inuasit solatia medici requirit: philosophis oratoribusq; posthabitis: in quibus nullæ suppetiæ salutares: nulla sunt adminicula languentium: Quibus psto est medicus: & remediis præsentissimus opitulatur. proinde iurisconsulti medicos pfessoribus studiorum liberalium merito anteponunt. cũ hii salutẽ hominum agant: Illi studiorum curã. Quid nunc ego enumerẽ medicinæ ptes quas oĩs sacras ac salutares puto: Dieteticam quæ uictu: pharmaceuticã: quæ medicamentis: Chirurgicã: quæ manu curat: Ex quo fit ut qui medicinæ utilitatẽ non uidet: Is non ut lusciosus sed ut exoculatus nihil prorsus uideat. Quocirca iudices: si utilitati publicæ cõsulitis: si medicum in ciuitate utilissimũ eẽ cognoscitis: mihi qui saluberrimam artium utilissimamque profiteor hereditatem paternam assignitate.

A

B

C

D

Dixi.

Audistis uiri spectatissimi. quæ philosophus: quæ

post philosophum medicus dixerit in causa adipiscē dæ paternæ hæreditatis: nunc sedulo auscultate: atq; animum aduertite: & ea qua soletis comitate perpē dite: quid nouissimo loco dixerit orator. Erunt opi nor hæc nec iniucunda relatu: nec ingrata auditu: nec indigna cognitu. sic autem Oratorem causam su am egisse creditote.

¶ Nunquā magis iudices sensi, quāta sit oratoriæ fa cultatis uis atq; excellentia: quā hodierno die: dum fratres audio non ex instrumento philosophiæ: aut mediciæ: sed ex Oratoria suppellectile īstructos cau sam actitasse: Adeo sua philosopho philosophia: me dico medicina nihil opis in agenda causa præstitere: Q uin muti pene cōticuissent, nisi ad eloquentiæ no stræ adminicula cōfugissent: sine cuius nitore philo sophia sordescit: medicina obsolescit: Disciplinæ om nes incultæ rubiginăt: adeo necessaria est atq; con ducibilis omnibus oīum ingenuarum doctrinarum ꝓfessoribus eloquentia: Cuius utilitati maiestatiq; ni hil (absit uerbo īuidia) est comparādum. Et quia mi hi primum cum fratre philosopho agendum est. An ego philosophiam cum oratoria: philosophum cum oratore contendā? Parcius tecum agere cogor & mi tius quia frater es: sed tamē (qd īter nos dictum sit) ista tua p̄clara philosophia quā gloriose iactas mi fra

A ter: & tāquā filiolā exoscularis nequaquā tāti est: quā ti eam uideri uis: nec tam ī philosophia studium sapi entiæ est, quā opinatio. Nā cum sciētia certi sit, opina

tio incerti: scholæ philosophoꝝ oĩum ac sectæ dum philosophantur haud dubie opinantur. Id. n. opinat̃ quisq; q̃d nescit. Illi autem qui de rebus naturalibus & cælestib9 disputant, opinione ducuntur: Cum ueritas demersa ĩ secretariis naturæ delitescat. hinc philosophos a scriptoribus luculentis opinatores: opiniosos: opiniosissimos dici nouimus. Vnde autem queso nisi ex opinatione tot dissidia: tot compugnationes philosophorum emanarunt: tot sectæ discordantes. Dicam. n. nõ obstrigilandi causa: sed quia ita res se habet. Pugnãt philosophi inter se atq; dissentiunt dissidio nõ paruo magnis in rebus & seriis. Quidã principium reꝝ eẽ autumant: aquã: ut Thales milesius. Alii ignem: ut Heraclitus cognomento scotinus. i. tenebricosus. Quidam aera: ut Anaximenes. Pythagoras uero: Empedocles: Epicarmus Aliique physici cõplusculi quattuor elemẽta principium reꝝ eẽ posuerunt. Plato Deum factitatorẽ mundi eẽ tradit. Aristoteles mundum ĩnatum eẽ autumat. Epicur9 Democritus: Leucippus ex atomis hoc est corpusculis ĩsecabilibus mundum formatum eẽ contendunt. Præterea de deo: de aïa: de finibus bonoꝝ: de meteoris: ĩter philosophos non cõstat. Quidã deos ĩnumeros: quidã nullum esse crediderunt. Platonici unum quidẽ curãtem reꝝ. At Epicurei otiosum & inexercitũ: Stoici Deum extrinsecus figuli modo torquentẽ hãc mundi molem esse prodiderunt. Platonici intra mundum: ut gubernatoris exemplo ĩtra illud maneat

A B C D

qđ regat. Sűt qui ĩ fortunæ iã lapsibus oĩa ponant: & nullo credãt műdű rectore moueri: natura uoluente uices & lucis & anni. Qdã curã deorũ intra sidera cõti nẽt. Nonulli diuinã ꝓuidentiã ad lunã usq; deducũt: tãquã irridẽdum sit agere curã reꝝ hũanaꝝ. illud quic quid ẽ sũmũ: atq; idcircoꝝ sit dei maiestatẽ pollutã mul tiplici sordidoq; ministerio. Quãta dii boi de aĩa ĩter philosophos pugna? Plato ait aĩam esse substantiam αυτοκινητον. i. se mouentẽ. Xenocrates numeꝝ. Ari stoteles: entelechiã. Pythagoras & Philola9 & Aristo xenus: harmoniã: Possidõius: ideã: Hippocrates: spi ritũ tenuem p corpus oẽ dispsum. Origenes adaman tius: substantiã sensibilẽ & mobilem: Hipparcus & zeno: ignẽ. Anaximenes: aera. Empedocles: suffusũ cordi sanguinẽ: Democritus: ex atomis cõflatã. Dice archus uero nullum eẽ aĩum: nullã aĩam: frustraq; & aĩalia & aĩantes appellari. Alii æternã. Alii mortalem aĩam dissolubilẽq; eẽ cõtẽdũt. Ecclesiasticoꝝ quoque sup eadẽ re est dissidiũ: Alii ab origine mundi factas ĩ cælo aĩas. Alii ex traduce ꝓpagari. Alii deũ quotidie aĩas opari tradũt. Qđ & xpianũ dogma confirmat. Hæc & id gẽus alia: tã uaria tam dissidentia cũ lego quo me uertã? quẽ ꝓseqr? cui credam? succurrit illud Oratianũ: Bellua multoꝝ capitũ es: Nã quid seqr aut quẽ? Merito dixit Lactãtius: de aĩa ĩter philosophos nõdũ cõuenit: nec unquã fortasse cõueniet: & a Lucre tio decẽter & uere dictũ est. Ignoratur. n. quæ sit natu ra aĩ. Eadem fere cõtẽtio est circa fines bonorum: cũ

A

B

alii in uoluptate ut Aristippus. Alii ĩ uirtute: ut Zeno. Alii ĩ primis naturæ. Quæ græci τα πρωτα φυσεωσ. Augustinus & Varro primigenia uocant: ut Carnea=des. Alii in indolẽtia: ut Hieroñymus Rhodius sũmũ bonũ collocauerit: ꝑipatetici ex triplici genere bonorũ: aĩ. s. & corpis atq; externis fœlicitatẽ metiunt̃: nec multo secus academici. uoluptatẽ cum honestate Dinomachus & Calipho copularũt. ĩdolentiã: q̃ græce αναλγησια dr̃ honestati Diodorus stoicus adiunxit:

Quid dicã de rebus naturalibus quãta sit ĩter meteo A
rologos dispilitas atq; dissensio. De cometis. De fulminibꝰ. De arcu cæleſti. De niloticis incremẽtis non cõstat: Quid multa? De motu terræ: & ut inquit poeta. Vnde tremor terris: & qua ui maria alta tumescãt: obiicibꝰ ruptis. Sũt philosophi ĩter se discrepantissi-
mi. Et in hac re uel sola oppido quã mira incõstantia B
est: Nãq; Anaxagoras ignẽ cãm motꝰ existimat. Anaximenes terrã ipsam sibi ipsi eẽ cãm motus, nec extri=secus ĩcurrere qd illã ĩpellat: sed intus ipsam illidi in se metipsam. Quidam motũ aquæ ĩputauere ut Thales milesius: Democritus uero motum fieri autumat: aliquando spiritu: aliquando aqua: aliquãdo utroq;. Aristoteles. Albertus magnus: & omnis peripateticorũ schola spiritum acuentos causam esse motus terræ alacriter affirmant: Cui sententiæ Plinius nr̃ & Seneca subscribũt. Ex hoc tam multiplici dissidio ex tanta philosophorũ discordia haud dubie fit ut incertꝰ sim quibꝰ credã: quibus accedam. Cuius sectæ me candi

datũ eẽ profitear: Quicquid elegero plurimos uideo improbaturos: quicquid probauero: plures negaturos. ut ĩter tot ambigua illud tantum Socraticũ mihi certũ uerumq; esse uideatur: Hoc scio ꝙ nescio. Inde
A fit ut academicorũ ακατάληψίαν. i. incõprehẽsibilitatẽ minime improbẽ: qui nulli rei assentiẽdũ: qui ob id σκεπτικοι και απορρητικοι. idest consideratores & am
B bigentes dicuntur. Meritoq; Proteus psonã ueritatis sustinere creditur: quam obtinere nemo potest falsis imaginibus illudentem & cõprehẽsiõis nodos relaxã
C tem. Ad hæc adde ꝙ philosophos irreligiosos putant: Eosq; ferme arbitrari deos non esse. Dum meras rerũ causas & simplices rimantur. Ex hac opinor inconcinitate dissidiisq; sectarum factum fuit olim uetus senatus consultum. Quo philosophi ex urbe Roma pulsi sunt perinde ac inutiles atque infructuosi. Mox iterum Domitião imperãte exacti ex urbe &
D Italia interdicti. Vt semel finiã: propositum fratris demiror inhiantis paterna bona. Cum philosophus si Platoni credimus: Cui utiq; in re philosophica credi cõuenit. minime sit philochrematos idest pecuniæ cupidus: immo contemptor diuitiaꝝ. Quo circa desiste frater moneo a peritione hereditaria: ne ab instituto sectæ tuæ deflexisse uidearis: & uitæ contrarius ire
E priori. Nihil enĩ habet philosophia pstantius quam ꝙ modicis contẽta ampliores opes nõ desiderat. Vnde fit ut cõditores legũ philosophos professorum numero nõ habeãt: Quia hoc primum eos profiteri opor

teat mercenariã operã spernere. hæc satis ad philoso-
phum: qui nimis urgeri iã uidetur & commoueri uera
castigatione cõmonitus. Transeamus deinceps ad me
dicum: quem ĩtelligo fiducia medicinæ ad hanc cau-
sam oppido quã fidenter descendisse: Cuiꝰ ars haud A
quaquã philosophiæ absimilis ẽ. uidelicet uaria. incõ
stans. interpollis: & non parũ sæpe perniciosa: quam
ut inuestibulo disertationis statim repercutiã eleuẽq;
Nonne inter medicos prope maior quam inter phi
losophos pugna ẽ atq; cõtentio: Qui in diuersas cu
randi uias ꝓcesserũt. Hippocrati causa morbi origi- B
nalis uidetur esse ĩ spiritu siue flatu: quem morborum
omniũ patrem & auum appellat. Herophilo in humi
dis omne uitium uisum est. Erasistrato si sanguis in
arterias hoc est uenas: quæ spiritui accommodatæ C
sunt. Quas recentiores medici pulsatiles nominant:
transfunditur. Asclepiadi uero placuit originem egri
tudinũ esse manãtia corpuscula ꝑ inuisibilia forami-
na subsistendo iter claudant & meatus obturẽt. Ad
hæc cum ciborum cõcoctiõe maxime sanitas cõstet:
Meritoq; stomachus paterfamilias & rex totius cor D
poris in homine dicatur: In hac quoq; parte discrepã
tissimi sunt. Erasistratus enim cibos atteri in uẽtre cõ
tendit: Plistonicus putrescere. Hippocrati placet per
calorem cibos concoqui: Quod Galenus: Auicen-
na: & medicorũ neotericorum scholæ confirmant.
Asclepiades uero nihil concoqui autumat: sed crudã
materiam sicut assumpta est in corpus omne diduci

Huc adde quod alii medicinã dicũt esse rationalem: Alii in usu tantum & experimentis eam posuerũt: per inde ac usus in curationibus sicut in cæteris omnib9

A artibus sit magister efficacissimus: Vnde logici quidã quasi rationales dicti: Quidam ab experimentis empirici ut Serapion & Apollonius & Heraclides. Sunt & methodici a uia quadam, quã sequuntur no-

B minati. Ob hoc dixit Ausonius in gryppo ternatio: Triplicem esse medicinã illo uersu: Triplex quoq; forma medendi: quæ logos & methodos cuiq; experiẽ-

C tia nomen. Sunt & dogmatici quib9 sunt sua decreta, seu placita, sine quibus nulla secta consistere potest: hos maxĩe probat Galenus: a quo Empirici improbãtur: qui ait Herophilũ & Philippum in primis Empirices idest experiẽtiæ sectatores extitisse: Cum Hippocrates & Diocles Caristius Herasistratus logicem heresin. i. ratiõalem sectã sectati sint: Methodices uero prĩcipes fuerũt: Archigenes: & Themison. De qui

D bus opinor sensit Satyrographus scribens. Aduocat Archigenem onerosaq; pallia iactat: Item quot Themison egros autũno occiderit uno: Fuit & prodicus selymbriæ natus: qui instituit Iatralepticẽ. i. unctoriã medicinã. hĩc ĩnumeræ sectæ fluxerũt: Dogmata infinita: sentẽtiæ multiplices. hĩc illæ circa ægros miseræ cõcertatiões: nullo idẽ cẽsente, ne uideatur assertio al

E terius. hĩc illa ĩfelicis monumenti ĩscriptio. turba medicorũ se periisse. Et Adrianus imperator: ut auctor est Dion moriẽs dixit: Medicorũ turba principem p

De Medicina

Iuuen. loc.

dit:cui concinit uersiculus ille apud Græcos uice pro
uerbii celebratꝰ πολλῶν ιατρων εισοδος μ' απωλεσεν
idest multorum medicorũ introitus me perdidit. Ne
queo mihi temperare quominus pliniana illa pœn
ſeam ad hoc totũ negotium mire facientia: quibus lu
culentus ille ſcriptor ĩ medicos perorans aſſerit, nul
lam artem medicina incõſtãtiorem fuiſſe: necdubium
eſſe medicos oĩs ſcientiæ famam nouitate aliqua au
cupantes aĩas noſtras ſtatim negociari: diſcunt peri
culis noſtris: & experimenta p mortes agunt: medi
coq; tantũ hominem occidiſſe ſumma impunitas eſt
quinimmo trãſit in conuitiũ: & intemperantia culpa
tur. Quod ſi lex ulla extaret: quæ puniret inſcitiam ca
pitalem: oppido quã paucos uideres mediciæ profeſ
ſores. prouerbiale illud ſat notum: Titulꝯ medicorũ
remedia habent, pyxides uenena. hinc ille lacon me
dico dicẽti nihil habes mali: ου γαρ σοι εχρησαμην ιατρω χρω
μαι. Nõ enim inquit te medico utor: Et iterum cum
medicus dixiſſet γερων γεγονας idest ſenex factus es
διοτι ειπεν ουκ εχρησαμην ιατρω. i. Quoniam inquit
non uſus ſum te medico. Atqui dicet quiſpiam. uide
mus quottidie multos morbis grauiſſimis acutiſſi
miſq; implicitos auxilio medicorum cõualuiſſe. Qui
bus reſponderi breuiter poſſit illud Auſonii: Euaſit fa
ti ope non medici. Contra plures uideas occumbere
quam ſaneſcere: Quibus medici: qui habentur cla
riſſimi medicorum nihil profuere. Præterea millia gẽ
tium olim fuerunt, & in præſentia ſunt ſine medicis

A
B
8

degentium: Nos uero aliena opera uiuimus. Alienis pedibus ambulamus: Alienis promissis credimus. Quod nisi iã ad finem mea festinaret oro: ostendere
A possem quã multa sunt nomĩa rerũ medicatarꝝ apud Galenum: Auicennã: aliosqꝫ medicorꝝ celeberrimos mala intellecta: pei9 tradita: pessime usurpata. In quibus cum dispendio uitæ mortaliũ recẽtiores hallucinãtur: Et aliud pro alio propinantes sæpe dant mortiferam potionẽ pro salutifera. Quas ob res liquido colligimus o frater medice disciplinã tuam quam tu iactanticulus tãtopere extollis: nõ tam utilẽ esse ciui
B tati quã detrimẽtosam: Salubriterqꝫ porti9 Cato creditur medicis interdixisse: Cuius oraculo cludã hanc de medicis disputationẽ. Sunt autẽ Catonis uerba hæc: Quãdocũqꝫ gẽs ista suas litteras dabit oĩa corrũpet: tunc etiam magis si medicos suos huc mittit.

Hæc aũt oĩa in philosophos & medicos inflãmãter satis perorata: Nemo uestrũ uiri clarissimi queso perinde dicta accipiat atqꝫ si ex ꝑsona mea dicerẽtur Absit enĩ a me talis ĩsectatio: sed tanquã ex ꝑsona oratoris agentis causam aduersus fratres. Alterum philosophum: Alterum medicum: qui cum diluerit eleuaueritqꝫ fraternas professiones oratoriã disciplinam & oratoris nomẽ ualentissime tutatus est: Vt. s. dixerit nõ solum illa omniũ iudicum exorabula: quæ a nobis & dici solent: & possunt: sed multis quoqꝫ adiminiculis fulserit: roborauerit: elexerit causam eloquẽtiæ quæ ad presens omitto: Illa tãtũ rettulisse contentus

quod ex paciatus orator per latissimos rhetorices cã
pos talia subiunxit.

¶Quod eloquẽtia inquit o iudices una de summis
uirtutibus sit ciuitatiq; utilissima: adeo clarũ: adeo in
cõfesso est: ut probatiõe nõ egeat. Nam cum Orator
finiatur: uir bonus dicẽdi peritus: rhetorice uero be
nedicendi scientia: utilẽ esse eam cõfitendũ est. Q uæ
bonitate constat: elegantia pollet: nitore splendescit:
Cuius ope & opera præclara oĩa fiunt & magna. Equi
dem cõditores urbiũ: non tam philosophica doctri-
na: quã elegantia oratoria & illicio facũdiæ pellexerũt
dispalatos homines ad ciuilitatem politicamq; uiuen
di rationem. Consimiliter cõstitutores legum, quibus
nihil pene emunctius: limatius: & sententiosum ma
gis adminiculati fulturis eloquentiæ leges saluberri-
mas eloquentissimasq; condidere: quas mox inter-
pretes interpretamentis barbaris fædauerũt. Forma
tores quoq; rerum publicarum: Imperatores bellico
rum exercituum regere consiliis: & moderari res ma
gnas sine docta uoce & oratoris ui haud quaquã po
tuissent. Deniq; scriptores fere omnes ĩ omni doctri
narum genere uel eminentissimi sint pigmentis ora-
toriis sine dolatorio rhetorico statim lectori nause-
am faciunt & bilem mouent. Adeo scriptio omnis ci
tra elegantiam est proxima fastidio: tantãq; uim ha-
bet illa a poeta prisci seculi dicta flexanima atq; omni
um regina rerum oratio. Merito apud romanos: qua
re publica nulla unquam maior: nulla sanctior: nulla

bonis exemplis ditior extitit: summa sem͞p oratoribꝰ dignitas fuit. Et ut auctore Cornelius tacitus: nullus

A magnā potentiā sine eloquētia est consequutus. Quid ut de aliis taceā: nōne Marcus Tullius ille orandi regula & dicendi lex. Cuius ingeniū Romano imperio par fuit: qui latinæ facūdiæ pomeriū ꝓmouit: ad consulatū usq; amplissimāq; dignitatē ex humilitate naraliū & loci euectus est. Quo quid utilius in Romana republica excogitari potest? Quo suadente legem agrariā hoc est alimenta abdicarunt Romanæ tri

B bus. Cuius linguæ fulmē Catilinæ īfregit audaciam: & ipsum ꝓscripsit Antoniū: Cuius nōie supplicationes a senatu decretæ sunt: Qui maximus honor uictoribus bello ducibus datur. Qui togato ante Cice

C ronē habitus est nemini. Demosthenē quoq; admirabatur græcia: obseruabat rex psa℞ & plurimus de eo apud Philippum sermo hēbatur: cuius gloria tā cele

D bris tam per ora omnium uolitans extitit: ut Anicula aquam ferens ita insusurauerit alteri. ουτοσ εςι Δημοσθενησ: hic est ille Demosthenes. & olim Gorgiæ rhetori leontino a græcia delphis soli statua non in aurata: sed aurea dedicata: Tantus honos habebatur oratoriæ artis professoribus. In homine præcipue duo sunt Ratio. & Oratio: Vnde ab Apuleio homines finiuntur ratione plaudentes: oratione pollentes: Sed ratio sine oratione prope mutila est & manca: Quare si nihil ab illo parente rerum fabricatoreque mundi deo melius oratione accepimus: si utilissimum esse

nemo non nouit eloquentia pollere: senatum popu-
lum: exercitum: mortales omnes in quæ uelit orator
ducere: si uiribus orandi tantum assequi potest ut ful-
gere: fulminare: tonare: quod Pericli contigit: uideat
orator: pronunciare Iudices pro oratore: & secundũ
me litem date: & ut qui orator ad uos uenerim: abeã
a uobis exorator efficite: ut si rhetorice est persuaden
di opifex ac suadæ medulla: uidear apđ uos persuasibi
liter dixisse: siue enim persuadere siue bene dicerẽ finis
est: & summum in oratore: utrũque id munus imple-
uisse uidebor: si uoti compos ex sentẽtia uestra ac pro
nunciatione discessero. Dixi.

Credibile est: post poratã a tribus fratribus coram
iudices ipsos cõcordi cõsensu oĩbus sentẽtiis pronun
ciasse ꝓ oratore: illiq; adiudicasse paternã hr̃ditatẽ.

FINIS:

PHILIPPI BEROALDI LIBELLVS DE OPTIMO STATV.

P ARS PHILOSOPHIAE EST
& ea quidem pulcherrima uiri claris
simi administrare rẽpublicã. Quod
sané negocium ianuam famæ repan
dit: & uirum prudentem: ac politicõ
ostendit. Nã si præclarũ & laudabi-
le est in re œconomica agerẽ bonum patremfamilias:
quanto præclarius: ac laudabilius in republica age-

re patriæ parẽtem: Et cum homo hominum causa na tus sit: nusquã profecto cõmodius põt hoĩbus homo ꝓdesse: ac patrocinari quã administrãdo rẽpublicã: quæ in uniuersum cũctoꝝ cõmoda cõplectitur. Vt autẽ non satis est bonas leges habere: nisi custodes earum sint diligentissimi: quos græci nomophylacas uocãt: ita nõ sufficit bñ moratas eẽ ciuitates: nisi eaꝝ sint tutores uigilantissimi: hi aũt sunt reipublicæ gubernatores: Quorum opera sedentaria plus haud dubie prodest quã cæteroꝝ negociosa strenuitas. Sed cum admistrandæ reipublicæ sit forma non simplex: nec genus unum: Cum alii aliud probent: Videor facturus operæ precium si hodierna disertatione quæpiam de reipublica: deq; optimo statu & principe digna scitu: nec indigna memoratu ex litteraꝝ interiorum secretariis deprompsero: quæ audientium & aures permulceant: & animos refoueant. Quod dum a me fit uos quæso diligenter attendite.

A Dministrandarum ciuitatum tres sunt spẽs. a Est principatus unius quam monarchiam uocant. Est paucorum optimatiumq;: quæ oligarchia atque aristocratia nuncupatur. Tertia est popularis gubernatio: quæ græco uocabulo democratia dicitur: auctores Dion: plato: Aristoteles: cæteri. Item Aristoteles i secũdo politicorum quosdam fuisse tradit: qui optimam gubernationem esse crederẽt ex omnibus hiis commixtam: & propterea laudari rempub. lacedæmoniorum ueluti ex mõarchia:

aristocratia: democratia consistentem. Rex enĩ apud illos erat pro unius gubernatione. Senatus: pro paucorum potentia: Ephori autem statum popularem repræsentabant: Quæ uero ex tribus administrationibus melior: potiorque sit difficile est iudicatu: cum suos quæq; assertores habeat: nec ego tãquã arbiter honorariꝰ quicquã decernere ausim: sed quid ueteres senserint explicabo. Ita. n. optime citraq; inuidiã alienis iudiciis rei tantæ censura peragetur: & cum libera sint iudicia opinetur de his ut cuique libitum erit: existimatio sua cuique sit: ut autem facilius res tota colliquescat historia remotior enarranda est huic negocio: quod molior: accõmodissima.

Post magophonian. i. magoꝝ cædẽ: quo die nulli magorum fas est in publicum prodire: sed cuncti ĩtra domorum septa se continent: facta est consultatio de statu persarum constituendo: ubi uariæ sententiæ dictæ. Ex quibus istæ tres potissimũ memoriæ sunt proditæ. Othanes exhortãs ad gubernationem popularem: a monarchia pro uirili pte dehortabat᷑: ostẽdẽs prĩcipatũ unius haud quaquã ꝓbãdũ: ꝑpretea qd ẽt si optimus fuerit: tñ ex licẽtia peccãdi & ĩsolẽtia leges ꝑuaricet᷑: fœmĩas ui cõstupret: ĩdẽnatos ĩterimat: & ĩpune bacchabũdus oĩa ex aĩ libidine conficiat. At cũ dñat᷑ ĩqt multitudo ĩ primis nomẽ obtinet oĩum pulcherrimũ: isonomiã. i. iuris æquabilitatẽ: oĩa consilia ĩ cõe referunt᷑: & ĩ multitudĩe oĩa ĩsunt. hæc Othães.

At megabyzus: ad oligarchiam. i. ad statum pau

corum rem traducens ad eam socios hortabatur improbans Othanis sententiam: tanquã populari multitudine nihil sit: neq; insipientius: neq; insolentius. Et

A plebi proprium suũq; sit nihil intelligere: quæ ad res obeundas sine consilio præceps ruit torrenti flumini similis. Itaq; improbato statu populari tanquam pessimo hortatus est ad statum optimatium dicens: credibile esse ex optimis optima existere consilia.

Post megabyzi sniam Darius tertio loco dixit: statũ unius pricipis anteponẽdũ monarchiãq; eẽ prestãtissimã. ppositis. n. tribus statibus & his oĩbus optimis: ut optime iperet populus: optime pauci: optime unus: Multo ãtecellere unius iperiũ: nã uiri (inquit) unius: qui optius sit: pricipatu: nihil meli9 esse cõstat. De statu populi turbulẽto. s. & incõsulto: idem sentio qđ Megabyzus. De statu uero paucorũ: hoc ampli9 contra megabyzũ: qđ uidelicet odia inter ipsos priuatim excitantur in publicũ perniuosa: Cũ unus quisq; primus in republica esse uelit. Ex talibus autem odiis seditiones: ex seditionibus: cædes existunt: Proinde opus est ut unus sit ueluti caput: a quo nequaquã mẽbra dissentiant.

Hæc tres in consilio persarum fuerunt dictæ sentẽtiæ. quarum ultima uicit: quod. s. melior foret status unius: & ita auctor ipse sentẽtiæ Darius paulo post rex persarum est declaratus. Hæc in curia barbarorũ agitata: qui nullo litterarum dolatorio sunt leuigati. Videamus deinceps quid doctissimi uirorum su-

per hac re ſenſerit. Pleriq; omnes damnant guberna A
tionem popularem perinde ac peſſimam: a qua Apol
lonius tyanæus Veſpaſianum dehortatur: atq; abdu
cere contendit apud Philoſtratum contra Euphratis
& Dionis ſententiam: Veſpaſiano ſuadentium: ut po
pularē ſtatū reſtituat. tanquā ciuitas romana popula-
ri gubernatiōe maxīe gauderet & ſub tali adminiſtra
tione: magnā imperii partem adepta eſſet. Sententiæ
Apollonii aſtipulatur. M. Tullius: qui in oratione pro
plantio ſic inquit: non eſt conſilium in uulgo: non ra-
tio: non diſcrimen: non diligentia. Et ab optimo poe
ta dictū eſt. Scīditur īcertū ſtudia in contraria uulgꝰ.
olim Demoſthenes quoq; extorris & in exilium per-
gens cum ſuſpirio dixit. O pallas: quæ tribus infeſti-
ſtiſſimis belluis delectaris: noctua: dracone: & popu
lo: tanquam populus inter κακα θηρια ideſt. malas be
ſtias numerandus ſit: Quin etiam plato populum di-
xit eſſe belluam multorum capitum: cui ſuccinit illud
Oratianum: Bellua multorum capitum es: Nam quid
ſequar aut quem? Lycurſus nomothetes. ideſt legū B
conditor interrogatus cur ſtatum popularem in re-
publica lacedæmoniorum non conſtitueret: ſcite re
ſpōdit: συ πρωτοσ εν όνκια σου ποιησὸν δημοκρατιαν
.i. tu primus in domo tua efficito principatum po-
pularem. Quadrat huic rei ſententia quoq; illa græci
poetæ catholica. ισχῦρον σχλοσ εςιν ουχ εχει δὲ νουν
hoc intellectu: turba turbulenta eſt: nec mentem
habet.

Reliquæ duæ administrationes paucorum scili-
cet & unius ualde probantur: nam ꝙ status optima-
tium qui dicitur Aristocraticus sit optimus nomine
ipso declaratur & exemplis tam recētib⁹ quā uetustis
liquet: & auctoritate fulcitur. Sententia plautina est ī
milite. Nemo solus satis sapit. Ex quo fit ut consulta-
tiones plurium bonorum in unum conspirātes sint sa
lutares & conducibiles rebus magnis administran-
Arist.
dis: Aristoteles ī tertio politicorum. Vno (īquit) duo
meliores sunt: & ante Aristotelem Homerus cecinit:
Duos ad omnia esse præstantiores hinc Agamenon
homericus decē optat consiliarios Nestori cōsimiles
illo uersu. Τοιουτοι δεκα μοι. συμφραδμονεσ ειεν αχεοι
Cæterum ut statū unius optimū ꝑstantissimumq;
esse credamus inclinat animus & ratio suadet: & sen-
tentia eruditorū decernit: quoꝝ auctoritas nobis pro
ratione est: inter quos est Aristoteles: qui ī. viii. ethico
Arist.
rū cēset administrationē populi eē pessimā: uni⁹ uero
optimā: & Homerus qui in secunda illiados rhapso-
Homer.
dia sic inquit ουκ αγαθον πολυ κοιρανιν εισ κοιρανοσ
εστω εισ βασυλευσ. i. nō bon⁹ ē multorū pricipat⁹ un⁹
sit dn̄s: unus rex qd̄ uno uersu sic reddi pt. Non opus
ut multi sed princeps imperet unus: rex unus. Dion
Dio
syracusanus uersum hunc Homericum referens: olim
dictitauit non posse regi rempublicam multorum
Domitianus
imperiis: Et a Domitiano itidem dictum est: Non est
bona imperatorum multitudo. Ad hæc diuus Ci-
prianus ut unus inquit sit princeps omnis natura

cõſentit. Rex unus eſt apibus: & dux un9 in gregib9 & in armẽtis rector unus: Multo magis mũdi rector unus: qui uniuerſa quæ ſunt uerbo iubet: ratiõe diſpẽſat: uirtute cõſumat. Cipriano ſubſcribit illud qđ i decretis cano. ſeptima quæſtione prima traditum eſt ex auctoritate Hieronymi ad ruſticũ monacũ ſic ſcribens In apibus dux unus eſt & grues una ſequũtur ordie litterato: imperator unus: iudex unus prouinciæ. Ibidem p̃cipitur: ut ſinguli ſint eccleſiarũ epiſcopi: ſinguli archiepiſcopi. ſinguli archidiaconi. Ille quoq; diuinus Plato libro de regno maxie probat monarchiã ideſt unius principatũ. Igitur cũ conſtet optimum eẽ ſtatũ unius paulo plura ſup hoc uidẽtur annotanda.

Scitum eſt illud Romani imperatoris principatũ non niſi fato dari: & Homerus a Ioue autumat dari ſceptrum & ius principi: Cum ait. Rex unus cui ſceptra dedit uenerandaq; iura iupiter. Idem Diotrephis uocat reges quaſi a Ioue nutritos. ex quo fit ut ueluti dii terreni pricipes mortalibus colendi ſint Id quod olim ab Athanico Gothorum rege dictum conſtat: qui cum ad Theodoſium conſtantinopolim ueniſſet: & urbis pulchritudinem: imperatoris opes: apparatum: maieſtatem conſpexiſſet mirabundus: ſine dubio inquit Deus terrenus eſt imperator: contra quem quicunq; manus leuare nixus fuerit inſe ſui ſanguinis reus exiſtit: Verbum uetus eſt apud græcos: uice pu͛rbii celebratũ: πρόπαντον σὶ βουτοεεἰον βασυλεα δε τιμα hoc eſt in primis Deum cole: Re-

gem autem honora. Antiqui reges idem erant & pontifices: Unde reges romani pontifices dicti: quod & in decretis canonicis distinctione uigesima prima ꝓditum est. Et poeta nobilissimus illo uersu significat: Rex anius: rex idem hominum phœbique sacerdos:
A Quin etiam Plato memoriæ prodidit Reges ægypti pontifices extitisse. Multæ sunt constellationes principum effectrices: sicut illa: qui in prima parte Arietis horoscopum habuerint nascentur principes: reges: exercituumque ductores. Item in prima parte aquarii habens horoscopum erit princeps gloriosus: & polycronius: hoc est longeuus: ut auctor est Iulius firmicus: in octauo matheseos: qui secundo uolumine loquens de imperatore sic ferme inquit: Solus imperator stellarum non subiacet cursibus: & solus est in cuius fato stellæ decernendi non habent potestatem. Cum enim fuerit totius orbis dominus: fatum eius dei summi iudicio gubernatur.
B ¶ Igitur cum deus: & fata: & sydera principes terris dent: quicunq; principi insidiatur & eius molitur excidium: is exterminandus est: atq; omni supplicio plectendus: tanquam in deum & fata manus inferre conetur: nam ut scribit apostolus in epistola ad romanos: potestas non est nisi a deo. Qui resistit potestati resistit ordinationi dei. Ministri dei sunt principes:
C Et ut apud ueteres dictum accepimus a uita principis uelut a filo pendet salus ciuitatis: nec solum maleficia sunt casu in hoc punienda: sed cogitatiões quoq;: &

Decreta canonica
Quae constellationes faciunt principem
polycronius
potestas no e nisi a deo

uolũtates: & quãuis apud iurisconsultos titulo đ pœ-
nis scriptum sit cogitatiōis pœnam nemo patiatur: A
quanuis Portius Cato prodiderit uoluntates esse li-
beras: nec pœnis obnoxias: tamen uoluntas uel so-
la punitur in maleficiis id genus. sicut docet Calistra-
tus scribens: in maleficiis uoluntas spectatur: & ut iu-
reconsulti autumant eadem seueritate uoluntatem
sceleris qua effectum puniri iura uoluerũt. Item ad le
gem corneliam de siccariis scriptum legimus: si quis
cum telo ambulauerit: sicut is: qui hominem occide
rit pœna choerceatur. Itẽ titulo de extraordinariis cri
minibus præcipitur solicitatores alienarum nuptiar ũ
& si effectu potiti non sint attamen propter uolunta-
tem esse extra ordinem puniendos: Quæ tota disce-
ptatio distictōe pria đ pœnitẽtiis latissime explicat.

Cæter℞ quia uni9 gubernationẽ qui sit optimus
maxīe ꝓbari satis liquet: dicenda deinceps & expli-
canda sunt nō pa℞ multa: quæ in eo censemus inesse
debere qui princeps optim9 & esse & uideri uelit. uul
gatiora autẽ & triuialiter protrita omittẽtes: q̃dã iucũ
diora fatu audituqꝫ degustabimus ꝑ exẽpla maximo
rũ principum decurrentes: ut talis disertatio fiat neqꝫ
senticosa: neqꝫ insuauis: sed uoluptaria & expetibilis.
Dicemus aũt nō legitimo illo ex disciplina rethorica
ordine seruato: sed prout singula subibunt mentem:
& nobis dicturientibus obuia sese obtulerint.

Inter cognomina principũ memoratu digna quat
tuor sunt memoratissima: q̃ si cũcta iunctim in unum

cadere poterunt is erit ille quẽ quærimus: sunt autem hæc: magnus: pius: pater patriæ: & optimus.

A ⸿ Alexander ille longe omnium excellentissimus a magnitudine rerum quas haud dubie maximas gessit: magni cognomen inuenit: ut ita sine laude nũquã nominaretur. Qui fortuna sua maior fuit de quo Hãnibal pœnꝰ: ita iudicauit. ut Aphricano quereti quẽ fuisse maximũ imperatorem crederet respõderit. Alexandrum macedonum regem. Quod parua manu ĩnumerabiles exercitus fudisset: ꝙ ultimas horas supra spẽ humanam peragrasset. Verũ huic magni cognomento plus inuidiæ quã pulchritudinis inest: ut luculenti scriptores prodiderunt.

B ⸿ Antonius imperator Romanus cognominatus ẽ pius uel quod soceꝝ fessa iam ætate manu subleuauerint: uel quod multos senatores Hadriano iam iam sæuiẽti subripuerit: uel quod ipse Hadrião magnos honores post mortẽ dcreuerit: uel quod cũ se Hadrianꝰ interimere uellet ingenti custodia & uigilantia fecerit ne id posset admittere uel ꝙ suapte natura clemẽtissimus fuerit: & nihil temporibus suis asperum fecerit. Sptianus: & iulius capitolinus auctores. De quo est illud Ausonii: Antonius ab hinc regimen capit ille uocatu consultisque pius nomen habens meriti. Et profecto pii cognomen amabilissimũ est & maximæ pietatis argumentum.

C ⸿ Est & patris patriæ appellatio: qua nihil pulchrius. Quod quidem nomẽ submonet ut princeps cum

ciuibus suis quasi cum liberis parens uiuat: qua nūcu
patione Cæsar Augustus maximopere lætatus est.
Nam cum in curia romana Valerius messalla man-
dantibus cunctis ita dixisset: Cæsar auguste senatus
te cōsentiēs cū populo romano consalutat patriæ pa
trē. tunc ille prægaudio lachrimans ita respondit: con
pos factus uotorū meorum patres cōscripti quid ha
beo aliud deos immortales precari quā hunc consen
sum uestrū ad ultimum uitæ finē mihi pferre liceat?
Superest optimi cognomē. Quod Traianus ue- A
luti peculiare accepit ex sanatus populiq; Romani ap
pellatione. Quo nomine amplissima haud dubie bo
na continentur. Quod nomen sibi quisq; mallet: ut
inquit Liuius: quā honores imperiaue: De quo Silius
Optimus heu nomē melius maiusq; triumphis: & ut
auctor est plinius panægyrista: nomen Augusti &
Cæsaris minus est quā optimi. Iupiter apud Ethni-
cos optimi nomine colebatur: Dicebatur enī Iupiter
optimus maximus. qua in re illud annotandum quod
ante optimus idest beneficentissimus dicebatur quā
maximus: quia ut inquit uere. M. Tullius maius est
certaq; gratius: pdesse omnibus: qua opes magnas
hēre. Igitur si quis principū reperiretur: qui magnus
pius: pater patriæ: optimus merito cognominari pos-
set: nonne hunc deo simillimum esse iudicaremus?
Quæ autem precipue res talem principem efficiant a
me summatim explicabuntur. Dicāq; non qualis sit
in psentia quispiam nuncupatim principes: sed qua

lis in uniuersum quilibet esse debeat. Imitatus. s. Xenophontem. Qui in pædia scite: eleganterq; tractauit: nõ qualis esset Cyrus sed qualis esse deberet neq; enim ad historiæ fidẽ: sed ad optimi principis effigiẽ ac archetypon historia illa præscripta est.

A [H]omerus: ut hinc ordiamur regẽ appellat ποιμένα λαῶν hoc est pastorẽ populorũ. Et plane sicut pastor gregẽ curat: ut tot9 habitior sit & nitidior: ne uni9 quidem ouiculæ cura posthabita: sic oportet principem totum corpus reipu. curare: ut ex nulla parte manca sit. ut grex ꝑpinguis: & lætus: & numerosus gloria est pastoris: sic ciuitas florens & fortũata & opulẽta la9 est principis. Qui oblitis suorum ipsius commodorũ ad utilitatẽ publicam quicquid agit debet referre. ut enim tutela sic procuratorio reip. gerẽda ẽ. Ad utilitatem. s. eorũ: qui cõmissi sunt: nõ eorum quibus committitur. Qui uero partem ciuium tutatur: partem negligit: is (ut sapienter docet Marcus Tullius) rẽ pernitiosissimã inducit in ciuitatem seditionem scilicet & discordiam. Et frustra princeps est plebe neglecta ut scite scribit Plinius in panægyrigo. Princeps reipublicæ anima est. Respublica corpus est principis: ut

B auctor est Seneca libro primo de clementia. Ergo principi cõuenit rempublicam tueri ac fouere perinde ac corp9 suum: cui dum parcit sibi ipsi parcit. Et ut olĩ decenter dicit Falconi9 Nicomachus in senatu romão ad tacitum Augustum. Ingens est gloria principis rẽpublicam magis amare quam filios.

Dicere solebat Aurelianus imperator: Nihil populo saturo lætius esse: ideoq; decet principem Annonæ urbicæ curã suscipere: ut populus sit satur: ne fruges desiant: ne plæbecula esuritione tabescat: ne frumentarii: uel suppressione frumẽti: uel enormitate precii esurientes pauperes trucidẽt. Scitũ est illud Lucani Gnarus & irarum causas & summa fauoris Annona momenta trahi: Namq; asserit urbes Sola fames: emiturq; metus cum segne potentes Vulgus alunt: nescit plebs ieiuna timere. Romani cũprimis annonariæ rei rationem habendam censentes: præfectum annonæ creauerunt. Primus autem ut docet Liuius in quarto præfectus ãnonæ Lucius minutius creatus: eo tempore: quo tanta inopia urbẽ inuasit uexauitq; ut multi ex plebe ne diutina fame cruciaretur capitibus obuolutis sese in tyberim ꝓcipitauerint: Et enim miserrimũ mortis genus est: fame mori: Quod græco quoq; uerbo testatũ est: λιμῷ οἰκτιστον θανεῖν. Apđ iurisconsultos titulus est ad legẽ iuliam de annona: quæ lex utpote a Cæsare lata haud dubie indicat procurationem frumentariæ esse principalem: qua pœna constituit aduersus eum: qui contra annonam fecerit societatemq; coierit: quo annona carior fiat. Itẽ titulo de extraordinariis criminibus pœna irrogatur in dardanos siue dardanarios sic enim appellantur qui annonã uexãt atq; flagellãt: a dardano opinor huiusce improbitatis reptore. Laudant historici Traianũ ex cuius prouisiõe factũ est: ut Romæ esset

A

B

A canon frumẽtarius septem annorum laudatur & hic Septimius seuerus: Qui moriens septem annorum canonem frumentarium reliquit: Ita ut quotidiana septuaginta quinque millia modium expendi possent. Mamertinus quoq; in panægyrico Iulianum imperatorem præconio laudis extollit: quod frumentis undiq; coemptis usq; ad opulentiam habundantiam q; esurientem iam urbem refersit. Curet igitur princeps ut sit satietas nec fames usquam: ut affluat anno

B na: cuius affluentia perpetui congiarii instar est: cuius aliquando cura Pompeio magno non minus addidit gloriæ quam oriens triumphis occidensq; lustratus: qui annonaria expeditione suscepta cum magnã frumẽti uim ex Libya: Sardinia: Sicilia collectam ad urbẽ esurientem comportaret: magna tẽpestate orta gubernatoribusq; perterritis inscẽdens nauim & anchorã uelli iubẽs exclamauit: πλεῖν ἀναγκαίη ζῆν οὐκ ἀναγκαίη. hoc est nauigare necesse est: uiuere non ẽ necesse.

Plato grauissimus philosophorum principem gubernatoris nomine scienter nuncupat: sicut enim gubernator semper respicit ad salutem nauis & uectorũ: sic princeps respicere debet ad salutem subditorum. Gubernatori necesse est (ut inquit Dion) Intueri coelum pelagus: terras: ne uspiam nauigium periclitetur: nec illi licet totam dormire noctem. Itidem principis officium est cuncta speculari pro salute ciuitatis: & subditis dormientibus uigilare. Quorum salus ipsius

tutelæ concredita est. Hinc Silius sentẽtialiter dixit: Turpe duci totam somno cõsumere noctem. Quod ex illo Homerico expressum est: ου χρη παννυχιον ευδειν βουληφορον ανδρα Gubernator clauũ tenens nauigium solertia regit anxius & peruigil: Cum uectores persæpe ludant: cantilent: comesentur: ociosi & securi rerum omnium. Princeps clauum reipu. uigilantia & consilio moderatur prospiciens ne uspiam periclitetur & impingat: Cum interea ciues & subditi ocio perfruantur & colant genialia: De principe ipso illud merito cõtinẽtes. In te oĩs domus inclinata recũbit. Quo circa satis cõstat prĩcipatũ nequaquã rẽ segnẽ eẽ: sed laboriosam: nec ocio & aĩ relaxatiõe fluẽtem: sed laboribus: curis: uigiliis inquietam: cuius faciem amœnam & amabilem forinsecus contemplãtes: laborum interiorum aspritudinẽ non uident.

Interrogatus Agesilaus ille magnus quo pacto quis gloriam apud mortales consequatur sic respondit. ει λεγοι τα αριστα πραττοι και καλλιστα. idest si dixerit optima necnon pulcherrima factitauerit. pulcherrimũ aũt cũ primis est & in principe longe speciosissimũ exhibere sese oĩbus obuiũ & facilẽ: audire comiter & benigne desideria adeuntiũ. Ex hac adeundi facilitate miro p̃conio Pompeius magnus extollitur a M. Cicerone. Laudat & in Traiano Plinius panægyrista admissionũ facilitatẽ. Hoc & iurisconsulti in pro cõsule ac p̃side ueluti officiũ necessariũ deposcunt ut scilicet omniũ desideria audiant. & in adeundo se fa-

ciles præbeant. Philippum macedonum regem: qd memoratu dignum est: olim adiuit anus paupercula rogans ut cām suā audire uellet: qui cū græce dixisset μὴ σχολάζειν: hoc est ociosum se nō esse. Tūc illa exclamat καὶ μὴ βασίλευε: etiā ne regnes: tāquā ipar ñ debeat: qui adeuntes audire cōtemnit. Verbum hoc demiratus Philippus & illā audiuit diligenter. & cæteris deinceps præstitit se facillimum. Sed sicut hic dignus laude: ita Demetrius acerrima rephensione dignissimus: cuius difficiles aditus: supba responsa: intolerādū fastum historici taxāt. In Hieronymo quoq; tyrāno syracusano cōtemptus oīum hoīum: superbæ aures: contumeliosa dicta: aditus non alienis modo sed tutoribus etiam difficiles iure infamant. Sed ut ad Demetrium redeam. olim eum legati atheniensium duos annos frustra tempus terendo continenter secuti sunt atq; re infecta sine responso dimissi. Idem contra lacedæmonios indignabundus quod unum tantum oratorem ad se misissent: unum inquit lacedæmonii legatum ad me miserunt? tum lacon ille urbane simul & laconice ἱκανὸς εἷς πρὸς ἕνα ἔφη: satis est inquit unus ad unum. hic Demetrius qui & poliorcetes: id est expugnator urbium cognominatus est: Quondam edixit se se oēs benigne ac comiter auditu℞ itaq; cunctis supplices libellos certatim offerentibus liberaliter accipit: & in chlamydis sinum reposuit. Cū aūt sua℞ quisq; petitionū expeditionem sitienter expectarent ad fluuium nomine Axium per

ueniens aperta chlamyde libellos cunctos proiecit i flumen : qua ex re uehementet exacerbati abalienati ꝗ sunt animi macedonum. Debet itaꝗ bonus princeps audire omnium desideria: se cũctis expositũ affabilemꝗ exhibere. Sit ad indulgentias quas uocant: propensus: Imitetur augustum Cæsarem : qui trepidãtes accedere: comitate inuitabat. Faciat quod Alexander romanus imperator: qui uocabat suos & dicebat: quid est ꝙ nihil petis: an me tibi uis fieri debitorem pete ne priuatus de me quæraris. Meminerit Hadriani qui in colloquiis etiam humillimorum ciuilissimus fuit detestãs eos: qui sibi hanc uoluptatẽ humanitati quasi seruanti fastigiũ principis inuiderent. Scitum est illud Titi Vespiasiani in penitissimis prícipũ præcordiis recondendum : & in ore semper habendum: atꝗ imitatione quottidiana usurpandum : qui dicere solebat non oportere: quẽque a sermone principis tristẽ discedere: qui recordatus quõdam sup cœnam quod nihil cuiquã toto die præstitisset : memorabilem illam meritoꝗ laudãdam uocem edidit . Amici diem perdidi. A solone quoꝗ decẽter dictum: hilaritudo principis est uelut iber serotinus . In hoc quadã quasi peculiari laudatione dilaudari meretur príceps noster Ioannes Bentiuolus ad quem aditus sunt oĩbus in discriminatim ita faciles ut nihil facilius : cuius mira est auriũ patiẽtia: de quo in præsentia modice loquar aut ẽt intra modũ propterea ꝙ ipse coram adest ne uidear præsentis auribus lenocinari: & quadã qua

si assentatiúcula captare aurã principalem: aliud erit de principe nostro dicẽdi tẽpus: ali⁹ locus: Cum id libellis a me editis iã nõ minima ex parte factitatũ sit.

Princeps probus & circunspectus aures susurronibus & calumniatoribus præbere non debet. Qui ꝑ sæpe aures prĩcipales ita præoccupãt innocentes criminando: ut difficillimũ sit id ex præcordiis principis euellere: quod falsus criminator infixit. Laudant historici dictum illud Domitiani memoratissimum. Dela-
A tores qui non castigat irritat. Agedum imitentur principes imitatione dignum exemplum illud Alexandri magni: Qui in iure dicendo quandiu dicebat accusator: Aurem alteram manu solebat occludere quæ reo illibata seruaretur: alteram tantum porrigẽs accusatori. Hoc nimirũ est qđ significare uoluit propheta psalmographus cum dixit in psalmis. Sepi aures tuas spinis: hoc ẽ ut interpretatᷓ Hieronymus: noli haberẽ aures pruriẽtes ad audiendũ alienas calumnias. Obtre-
B ctatio ut apud Herodotũ inquit scite uereq; Artaban⁹ res est importunissima: ĩ qua sunt duo qui iniuriã faciunt: Vnus cui iniuria fit: qui detrahit iniurius est. Itẽ qui audit & credit iniurius est: quod prius credit quam rẽ cõpertam habet. Maxime autem omniũ prĩcipes quondam quasi impulsu naturali: dum audiũt commouentur: & auditis fidem præstant. ita ut merito dixisse uideatur Xerxes ille magnus persarum rex Animum habitare in hominum auribus. nam prout bene uel male audit: ita lætatur uel excandescit:

ergo ne sint aures principum expositæ rumoribus: ne sint patulæ calumniis: non procliuiter nimis credant susurronibus ac rumigerulis: quibus nihil perniciosi⁹ prouerbialiter celebre est. sæpe moram esse meliorẽ. Et cunctatio perinde ac præcipuũ bonum in magnis doctoribus probatur. Itaqꝫ princeps sit cunctator & lentus in credendo: Mores hominum pẽset: libret examĩet: nec recluso pectore pateat ĩsidiantib⁹: ĩmo calumniatores & criminum consarcinatores & rumorũ aucupes ex aula principum eiiciantur: explodãtur & a limine cubiculi principalis procul eliminentur: q instar cibiratarum uerrinorum odorãtur omnia & peruestigant. Qui linguas uenenatas uibrant instar serpentium uirulentorum: nimirum hi homines sunt qui (ut inquit scite Plinius noster) ad uenena nascũtur. Quorum tabes animi contrectata adurit: qui culpãt omnia: qui nullum aliud abominati spiritus linguæqꝫ maledicẽtissimæ præmium nouere quã odisse omnia & calumniari: hæc est ut inquit poeta epigrãmatarius Turba grauis paci placidæqꝫ inimica quieti. hi sunt qui cũ tantulum ueneni genuini in aurẽ principis facilem stillauere: amic⁹ probus: innocens: uetus: fidelis limine submouetur: perierunt tempora longi seruitii: & nusquam minor est iactura clientis: hi sunt qui aures principum uirosa susurrorũ fece cõfarciunt: hi sunt quorum comparationi digitum tollerent cederentqꝫ famigerati delatores: Narcissus. Asiaticus: Massa: Parthenius: hi sunt qui inuident opulentis di-

A

uitias: probis bonitatē: litteratis eruditionem: fauorabilibus gratiā: omnibus omnia. In cubiculis principalibus uiperæ. In fallaciis consarcinādis uulpes: In alienis negotiis introspiciendis lyncei & oculei toti: quorum calumniæ plures pessūdāt: quā morbi. quā pestis quā dira infortunia. Operæ preciū est hoc in loco cōmemorare queādmodum pictorū clarissimus Apelles calumniatorem calumniamq; ultus sit: qui cum apud Ptolomeū ab Antiphilo tanquā proditor falso isimulatus foret: & ob id capitali supplicio pene multatus: uixq; infortunium euasisset: pinxit in tabula pictu rā hāc. Virum sedētem fecit auribus prægrādib9 præditum: protendētem manum ad calumniam propius accedentem. Circa hunc stabant duæ mulieres Ignorantia scilicet & suspitio: ex alia parte pinxit calumniam imagine mulierculæ uenustioris: quæ ardens & concitata quandam quasi rabiem & iram præseferens: sinistra facem accensam tenebat dextra adolescentem quempiam per capillos trahebat manus in cælum tendentem & deos obtestantem: Præcedebat calumniam uir squallidus & deformis clarissime cernens. hæc erat inuidia: Duæ puellæ calumniam adornantes uisebantur: altera erat īsidia altera fraus. A tergo sequebatur lugubris quædā fœmina pullis uestibus ac laceris induta: & hæc pœnitentia dicebat: quæ retro flexa cū luctu & uerecūdia aspiciebat aduenientē ueritatem. Hac pictura appelles calumniam calumniaq; appendiculas in tabula graphice &

ſcienter expreſſit. Subit hac in reputatione exemplũ
priſci ſeculi dignum ſcitu: nec indignum relatu: &
quod principes haud quaquam audiant incurioſe ac
negligenter. Scribit Amianus Marcellinus fuiſſe Ce A
phidium quẽdam accuſatorem acerrimum: qui apud
Iulianum imperatorem romanum accuſabat Nume-
rium ut furem: a quo cum obiecta diluerentur: nec poſ
ſet in quoquam confutari: tunc accuſator inopia do-
cumentorum percitus exclamauit. Et quis florentiſſi
me Cæſar nocens poterit eſſe uſquam: ſi negare ſuf-
ficiet. Tunc Iulianus prudenter motus reſpondit hoc B
dictum bracteatum: Et quis innocẽs eſſe poterit ſi ac
cuſaſſe ſufficiet? Sed ſicut laudatur Iulianus: ita repre
henditur Conſtantius imperator cuius aures erant
nimis patulæ ad credendum: & criminatoribus expo
ſitæ. Faciat bonus princeps id q̄d Auguſtus qui cum
Emilio Heliano obiiceretur ꝙ male opinari de Cæ-
ſare ſolebant: conuerſus ad accuſatorẽ cõmotoq; ſimi
lis: uelim inquit mihi hoc probes: faciã ſciat helian9 &
me linguã habere: plura enim de eo loquar: nec quic-
quam ultra: aut ſtatim: aut poſtea inquiſiuit. Tiberio
quoq; de eodẽ uiolentius conquerenti ita reſpondit:
noli ætati tuæ mi Tiberi hac in re indulgere & nimiũ
indignari: quẽquã eſſe qui de me loquatur male: ſatis
enim eſt ſi hoc habem9 ne quis nobis malefacere poſ
ſit. Conſimiliter. Alexander magnus cum cognouiſ
ſet ſe cõuitiis a cõuitiatore quopiã proſcindi βασιλι
κον εςιν εφη ευποιουντα κακωσ ακουειν hoc ẽ regiares

A est inquit benefacientẽ male adire. Et profecto inter cætera quæ principes decent: clementia est quæ illos facit amabiles gratiosos: fauorabiles. Quæ dos prima regũ est: ut inquit Vopiscus: & ut auctor est Seneca nullũ magisquã pricipem decet. hic apud Claudianũ Theodosius Honorio filio salubriter præcipens inquit: Sis pius imprimis: nam cum uincamur in omni munere: Sola deos æquat clementia nobis. Videtur opifex rerũ ac parens natura demonstrasse clementiæ insigne principibus potissimũ cõuenire: quæ regem apum sine aculeo exarmatũ esse uoluit: uel si spiculũ dedit eo tamen uti noluit: Non enim constat inter auctores: Rex in apibus nullũ ne solus habeat aculeũ: an dederit eũ quidẽ natura: sed eius usum negauerit. illud constat imperatorem aculeo non uti: ut scilicet ita ostenderet natura: Regem neq; sceuum neq; crudelẽ esse debere: & ut inquit Ambrosius uolumine exameri quinto. In rege præcipuum est ut pstet motũ mansuetudine: Nã & si habet aculeũ: tamen eo

B non utitur ad uindicandũ. Sunt enim leges naturæ non inscriptæ litteris: sed impressæ moribus: ut leniores sint ad puniẽdum: qui maxima potestate potiuntur. Igitur principes sine aculeo sint: uel si aculeum habent eum recondãt: & maximum deorum Iouẽ imitẽtur: Qui missurus fulmen pniciosum aduocat in consilium deos: idq; ex consilii sentẽtia iaculatur: Quod uero placabile est & pdest: id solus emittit. Hoc philosophi poetæq; rationabiliter finxerunt: quia scilicet

Iouem id est regem prodesse etiam solũ oportet:no-
cere nõ nisi cum pluribus uisum est. Discant hi ut Se
necæ uerbis utar:quicunq; magnam potentiam inter
homines adepti sunt:sine cõsilio nec quidẽ fulmina
mitti. aduocent:considerent multorum sententiis:no
citura temperent:& hoc sibi proponãt ubi aliquid p-
cati debet ne Ioui quidem suũ satis esse cõsilium. He-
rodian9 apud græcos:Lampridius apud nostros Ale
xandrũ romanum imperatorẽ ex hoc clementiæ bo
no maxime extollũt:cuius imperium appellant Anæ
maton:hoc est incruentũ & sine sanguine. Dicere so
lebat Scipio:malle se unũ ciuẽ seruare quã mille ho- A
stes occidere:quã sententiam Antonius quoq; pius
frequẽter usurpabat utpote clemẽtiæ ac bonitatis ex
emplum. Responsum illud Alexãdri magni ad ma-
trem olympiadẽ:quis nõ laudet? quis nõ celebret ut
consultissimũ dignissimũq; memoratu? qui illi rogan
ti urgẽtiq; ut suã causa occideret quendam insontẽ:
ita prudẽter respõdit. Aliã parens optima posce mer
cedem:hominis enim solus beneficio nullo pẽsatur.
Et profecto ut uerissime scribit Antonius in epistola
ad Faustinã:nihil est:quod imperatorẽ romanũ me-
lius cõmendet gentibus quã clementia:hæc Cæsarẽ
deum fecit:hæc Augustum cõsecrauit:hæc Antõium
pii nomine ornauit:hinc Cicero in Cæsaris dictato-
ris laudẽ decenter inquit:nulla de uirtutibus tuis nec
admirabilior:nec gratior misericordia est. Itẽ aliubi
quoq; dixit oppido quã elegãter. Qui nihil obliuisci

A soles nisi iniurias. Nõ nunquã tñ seueritate utendũ est ut in officio oẽs sint: ut metu pœnæ a maleficiis spro bi absterreãtur: & sicut bonos premio ꝓsequi deesset ita malos pœna mulctari. Prudenter. n. Solon: qui & sapiens unus fuit ex septem: & legum scriptor solus ex septem: rempublicã duabus rebus contineri dixit: ꝑmio. s. & pœna. Et agedum princeps bonus & clemens bonos honoribus exornet: Malos si a malitia reuocare nõ põt per indulgẽtiá: pœna coerceat p seueritatẽ: sic secreti sint a bonis mali: ut a frumẽto lolium in cerniculo secernitur. faciat qd medicus qui interdũ urit: secat. abscindit in corpore mẽbrũ: quod insana bile est: ne pars ĩtegra contagiõe serpente pariter corrumpatur. Iuxta illud cantatissimum. Im medicabile uulnus ense recidendũ est: ne pars sincera trahatur. Consimiliter princeps secet aliquando: amputetq; de corpore ciuitatis membra putrida hoc est ciues sceleratos: perfidiosos: turbatores publici cõmodi: & molitores rerum nouarum exterminet: tollatq; de medio. Medici officiũ est: ut dicebat Asclepiades. & a Cor. celso repetitum est: ut cito: ut tuto ut iucunde curet tamen quãdoq; austeriore medicina uti cogitur ad uim morbi grauioris retundẽdá profligandamq;. Itidem principis officium ẽ ut molliter: ut delicate: ut indulgẽter subditos foueat. curet: tueatur. Nonnunquam tñ curatione mordaci & austerula utetur. Causticaq; adhibebit ad edomandos duriores ciuiũ morbos & oĩa molliora malagmata recusantes. Nã ut dixit elegan

ter Origines libro ſecundo periarchon. Opus eſt in-
terdũ auſteriorẽ & mordaciore medicina q̃ lenia me
dicamenta non proſunt. Et ut ſcite ait Hieronymus:
Putridæ carnes ferro curãtur & cauterio. In hanc ſen
tentiã illud Ciceronis ſaluberrimũ eſt documentum.
In corporẽ ſi quid huiuſmodi ẽ q̃d reliquo corpori no
ceat: urere: ſecari patimur: ut mẽbrorum aliquod potius
quã totũ corp9 intereat. Sic in reipu. corpore ut totũ
ſaluũ ſit: quicquid ẽ peſtiferum amputetur. Et medius fi-
dius rectiſſime cenſuit Ageſilaus: qui dicente quo-
dam αγαθον βασιλέα πραόν εἶναι Δειουκουν έφη αχρι
τουμη ευκαταφρονητον εἶναι. i. oportet bonũ regem
clementem eſſe & mitem ita plane inquit quatenus
cõtemptibilis non fiat. Ex quo non pauci ſunt qui ma
gis ſententiam Cleomenis probant quam Ariſtonis.
Cleomenes enim olim interrogatus. Quid bonum
principem facere oporteret reſpõdit. Amicis bene fa
cere: & malefacere inimicis: tanquã bono principi &
circũſpecto cõueniat inter amicos & inimicos facere
diſcrimen. Hanc uero Cleomenis ſnĩam cum q̃ſpiã
laudaret ut optimã. dixit Ariſton πόσῳ κρεῖσσον τους
μεν φίλους ἐυεργετεῖν τους Δεχθρους φίλους ποιεῖν.
hoc eſt quanto melius fuerit amicis benefacere. Ini-
micos autem amicos efficere. ut cunq; cenſemus pri-
cipem ad manſuetudinem & clemẽtiam quam ad ſe
ueritatem & pœnam propenſiorem eſſe debere. Id
quod olim Antigonus exemplo declarauit. Nam
cum manipulares duo incumbentes ipſius taberna-

culo facerent qđ hoíes & periculosissime & libentissi me faciunt: ut de rege suo male existimarét atq; oblo querent: audiuit oía rex Antigonus: utpote cum iter
A dicentes & audientem par interesset nec tñ excande scens ímo leniter cómonés longius inquit discedite ne rex uos audiat. Quid hac mansuetudine mitius? quid hac benignitate pstantius? nõ exarsit princeps in ultionem non excanduit sed maluit regia quadam léitudine ignoscere quã uindicare. Laudat i Augusto íngeniosus poeta Ouidi9. Quod sit piger ad pœnas princeps ad pmia uelox & ut inquit Cassiodor9: pro positum regale est pressis labe fortunæ pietatis reme dio subuenire.

B Decet principé in primis esse magnificũ. Est auté magnific9 ut docet Aristoteles in quarto ethicorũ: is qui in publica facit ípensas. ueluti in spectaculis í epu lo: in ædificiis. Hinc plini9 in Traiani laudé: At quam magnificus inquit in publicũ es. hinc portic9: in de de lubra occulta celeritate properantur. Magnificentia Tulliana finitione declaratur: esse rerũ magnarum & celsarum cum animi ampla quadam & splendida pro positione cogitatio atq; administratio: ergo princeps ut magnificus dici merito possit res magnas sibi ad ministrãdas esse proponat. Homerus appellat reges κοσμήτορας λαῶν. i. ornatores populorum. Ex eo opíor qđ principis officium sit exornare ciuitates: Et ornã cultuq; magnifico præbere se mõstrabilé. Maximũ haud dubie ornamentum est & ornatissimo princi

pe dignissimũ extructio aedificiorũ: Olim gloriatus A
est augustus se urbem marmoream relinquere: quam
lateritiã accepisset auctores: Suetonius: sextus aureli
us. Orosius: caeteri: in laudẽ Domitiani dictum est:
ut autumat Plutarchus. aedificare gaudes. Anc9 Mar
tius quartus romanorum rex aedificator cum laude
nominatur. hoc quã bene quã uere quã laudabiliter
de principe nostro ioanne Bentiuolo dici possit: quis
ignorat? cui9 aedes urbicae: uillae rusticae: ac praetoria
magnificenter extructa quotidie testimonium perhi
bent principalis magnificentiae. Cuius ductu & au-
spicio haec urbs exuto squallorẽ ac situ ex deformi pul
cherrima facta est: ut merito gloriari possit: se Bono-
niam luteam ligneam: inconditam accepisse: lateritiã
marmoream: cultissimam reddidisse.

Plato ille deus philosophorũ libro quinto de re- B
publica dixit beatas fore ciuitates: si aut philosophi
imperarent: aut principes philosopharentur. Pulchr
est mediusfidius si fieri potest principẽ esse litterarũ:
quo nihil pulchri9: nihil excellentius fieri posse con-
tendo. hinc Hiero. Attalus. Mago. Iuba: studiorum
claritudine memorabiles extitere quã regno. hinc cae
sar dictator. hinc augustus. hinc alii caesarum com-
plusculi non minus eloquentia & eruditione quã im
perio censentur. Hinc alexander magnus dicere so-
lebat: malle se disciplinis antecellere quã opulẽtiis. &
ab Homero rectissime dictũ. Calliope regũ comes ẽ
ioue nata parente. Olim a senatu romano in laudẽ

Taciti imperatoris acclamatũ in curia est. Quis meli us quã litteratus imperat? Sed cũ prĩcipes omnes lit terati esse nõ possint: cum in principe aliud quæratur quã litteratura: ut inquit iulius capitolinus: sit saltem prĩceps amator litteratorum: faciat quod Dionysius qui dicebat se in aula habere & nutrire multos sophi stas: & eruditos: ut ꝑ illos fieret admirabilis: dignusq; apud alios cõmendatione. Et profecto si uerũ dis picere uelimus: nisi forent litteræ: nisi ingenia erudi torũ: gnorarentur principes: reges: imperatores om nes: barbari: græci: romani. Quis Cyrũ? Quis Ale xandrum magnũ? Quis Pompeium tribus fulgentẽ triumphis? Quis Paulum Emilium. Fabios. Scipio nes? Quis cæsarem dictatorẽ: imo cæsares omnes noscet: nisi eos Luculenti scriptores in litteras rettu lissent? nisi monumentis libroꝝ: quib9 ĩmortalitas ui tæ constat: eos ĩmortales effecissent: ac posteritati cõ mẽdassent? Hinc Alexander magnus fœlicem dixit achillem qui Homeꝝ habuisset suæ uirtutis preco nem: Cuius extat Elogium illud apud Silium memo ria dignum. Fœlix Eacida cui tali contigit ore Gẽti bus ostendi: creuit tua carmine uirtus. Alter Ale xander Romanorũ imperator litteratoꝝ hominum cõfabulatione recreari se dicebat: & pasci. Si prĩcipes fouebũt eruditos: si mecenates extiterint: ingenia ue getabuntur: litteræ quæ hactenus intermortuæ iacue runt: reuiuiscent: cateruas uidebimus eruditorum. Iudicio enim principum stant ingenia & cadunt.

Præterea cui dubium est: Quin id quoq; optimo principi gloriosum sit habere ratioē studiorum: constituere in suis urbibus gymnasia litteratoria: Et Asylū: ut ita dicam doctrinarū patefacere: Quo Agminatim undiq; coueniant multi iugæ eruditionis candidati cismontani: transmontaniq;: Quibus curæ est liguam eloquio animum disciplinis excolere. hoc nimirum beneficentissimi principis beneficium amplissimum est: ac laudabile institutum: honorem habere dicendi magistris: dignitatē: emolumentaq; sapiētiæ doctoribus impartiri. Est enim ut inquit elegāter Simachus: hoc specimen florentis reipublicæ: ut disciplinarū professoribus premia opulenta pendantur. Hinc Traianum non proletarii scriptotes sed classici merito laudant qđ ingenuas artes earumq; professores in complexu: oculis: auribus habueris. Quod studia humanitatis professi apud eum fauorabiles extiterint. deniq; q; sub ipso spiritū: & sanguinem: & patriā studia receperint. Bononia qđ inter omnes constat florens famigerataq; est inter italicas urbes: sed eā florentissimā illustrissimamq; nulla ferme res alia peræque facit: ac diatribæ & gymnasia lrāŋ: atq; cōciliabula scolasticorum: quæ aut dubie cum c ī29 toti9 Italiæ celebratoribus gymnasiis claritudine cōtendunt nulli cedūt. Quæ Alexādrio Attico: Tharsensi: Massiliotico memoratissimis apud priscos gymnasiis ꝓxima accedunt: & quāquā longo interuallo tamē ꝓxima. In præsentia princeps noster Bentiuolus operā

& quidē impensam dat: ut gymnasium hoc nostrum indies magis florescat conuentu scholasticorum frequentissimo & claritudine professorum: qui tāta sunt excellentia præditi & in eo doctrinarum fastigio collocati. ut etiam non nominati nominentur: ut solo nutu intelligantur. Quorum uirtuti & nomini fauet cetus scholastichorum: & assurgit ordo professorum: sed de tota re litteraria aliubi plura.

A Ante omnia princeps si uult laudari probariq; perinde ac optimus principum: sit munificus ac liberalis. Nam ut inquit epigrammatarius poeta: Nulla ducis uirtus dulcior esse potest. Auctor est aristoteles in ethicis quod liberales maxime omnium uirtute præcellentium diligantur. pacatus in panægyrico ait: Et rei & famæ consulit munificus imperator. Lucratur enim gloriam cum det peccuniam reuersuram. quicquid enim in ciues manat a principe: redundat ī principē. Apud Rabirium poetam dicit. M. Antonius. Hoc habeo quodcunq; dedi: cui subscribit illud epigrāmatistæ uulgatissimū Extra fortunam est quicquid donatur amicis: Quas dederis solas semper habebis opes. Plinius noster loquens de deo. Deus est inquit mortali iuuare mortalem: Et hæc ad æternam gloriam uia: hac iere proceres Romani: hac ingenti passu nunc uadit Maximus æui Vespasianus: fessis rebus subueniens. Maro quoq; sub inuolucro poetico designat munificis ac liberalibus remunerationē post obitum repēdi: Certumq; illis constitutū

locum ubi æuo beatissimo perfruatur. Nam cum Eli-
sios campos in sexto describeret ubi putant habitare
animas beatorum: non solum ibi posuit eos: qui pro-
priis meritis ad illas sedes peruenire potuerunt: sed id
quoq; adiecit. Quiq; sui memores alios fecere meré- A Virg. lo. m. 6.
do: idest ut interpretatur Augustinus qui promerue-
runt alios eosq; sui memores promerendo hoc est be
neficium præstando fecerunt. Quid aliud euangeli-
ca illa sententia præcipitur: quam ut liberalitatem ex- Euangelista loco
erceamus: quæ ait: Facite uobis amicos de mamona
iniquitatis: idest de pecunia: uel de diuitiis quæ de ini
quitate proueniunt. Diues enim (ut inquit Hierony-
mus) aut iniquus: aut iniqui hæres. Cecinit Claudia
nus in laudem Theodosii. Magnarum largitor opũ
largitor honorum. Augustus de se ipso scripsit hæc.
Liberalitas mea me ad cœlum euehet. Sicut autem
nulla uirtus amabilior est liberalitate: ita nullum pla-
ne uitium odiosius tetriusq; est auaricia in principi- B
bus & rempublicam gubernantibus. habere enim
quæstui rempublicam: ut inquit uerissime Marcus
Tullius: non modo turpe est: sed sceleratum etiam
ac nefarium. Idem non minus uere quam eleganter
tradit amorem multitudinis commoueri ipsa fama
& opinione liberalitatis. Auidius cassius dicere sole-
bat: Auaritiam in Imperatore esse acerbissimum ma-
lum. Eia habeat bonus princeps in ore promptũ: &
in pectore conditũ uerbũ illud Traiani. Qui fiscũ pri-
cipis scitissime lyenẽ uocabat: Nã ut lyene crescente C

reliqui artus & membra tabescunt: Ita fisco principis turgente ciuitatis corpus una cum membris languescit & intermoritur: ut lyen modicus uegetat in corpore membra: auget robur: sic fiscus principalis moderatus: nec extuberans causa est bonæ ualitudinis in corpore ciuitatis. Vespasianus apd Philostratum rogat Apollonium thyaneum: quem Antiquitas: ut diuinũ immo ut deũ admirata est: ut ipsum doceat quæcunq; facere bonum principem oporteat: Cui Apollonius in primis precipit diuitias illas esse fugiendas: quæ ex collocatione tributoq; a gementibus hominibus proueniunt. Sordidum enĩ id aurũ est putãdum: qd ex lachrymis oritur. Nõ queo mihi obtẽperare: quin hoc in loco commemorem documentum saluberrimum. Cyri persarum regis: quod memorat Xenophon in pædia: quod sine dubio dignissimum est memoratu. Scribit. n. luculentus ille scriptor: Cyrũ inter cæteros fuisse beneficum ac liberalem: adeo ut dictitaret se thesauros haberẽ diuitiarũ amicos: quos donationibus diuites opulentosq; efficiebat: qui dicere solebat consimilia esse opera pastorum: & regum. Nã sicut pastorem decet præstare ut pecora habeat læta & succulenta: Ita regem par est ciues & subditos facere fœlices & opulentos. Huic Cyro regum munificẽtissimo dixit olĩ Crœsus fore: ut immodica donans pauper fieret: Cum posset domi recondere thesauros ingentes. Cui Cyrus quantam inquit pecuniæ summam putas me in hodiernum potuisse col

26

ligere si aurum nulli dono dedissem. Ex quo tempore in imperio sum. Crœsus infinitum quendam numerum respondit. Tunc Cyrus sibi inquit ostendam maiores me pecunias possidere: mitte quempiam ex tuis cum nuntio meo: mox conuersus ad Hystaspam. Hystaspa inquit ad amicos meos: dic indigere me auro: Roga ut mihi suggerant affatim pecuniam: perscribeq; quantum quisq; amicorum mihi uelit contribuere: Iuit ille: petiit: conscripsit & maiorem pecũiæ summã supputauit: quã duxerat Crœsus futuram in thesauris: si eam conseruasset. Vbi hoc patuit uides ne inquit Cyrus o Crœse mihi thesauros esse: nã dum amicos diuites reddo. hos mihi thesauros comparo: & lõge quidem fideliores quã si ipẽ domi defodissem. Item aiebat se pecunias ob id desiderare: ut amicis subueniret. Iulianus imperator (auctore Amiano Marcellino) prædicabat illud Alexãdri magni: qui interrogatus ubi thesauros haberet: Apud amicos beniuole habere sese respondit. Nonne principes cum talia: aut audiunt: aut legunt: ad liberalitatẽ exercendã inflamãtur? quæ subditos reddit deuotos: fideles: obnoxios: qua ĩmortales efficiunt? quæ deniq; tanti momenti est: ut possit princeps obtentu liberalitatis obumbrare crimina tantũ non enormia: & hac una laude pensare.

Apud amicos se hre Thesauros respõdit

Recte etiam in principe laudatur hospitalitas: utpote Germana liberalitatis. Est enim ualde decorum: ut inquit Arpinas orator: patere domos homi

num illustrium illustribus hospitibus. Idq; etiã reipu-
blicæ est ornamento. Ideoq; domus principum am-
plæ esse debent: & laxitate conspicuæ: cũ hospitibus
& hoíum cuiusq; generis multitudine frequententur.
Ab hac quoq; hospitalitatis laude dilaudandus est
princeps noster. Cuius ædes pulcherrimæ: magnifi-
centissimæq; patent hospitibus illustrioribus. A quo
oẽs ferme & minuti reguli: & maximi principes istac
trãseuntes hospitaliter ac comiter accipiuntur. Theo
phrastus: Plutarchus: Emilius ꝓbus: Cæteri Cimo
nẽ atheniensem: ut hospitalissimũ in suos curiales la-
ciades laudibus ferũt: qui ita instituisse fertur & uilli-
cis imperasse ut oĩa ꝑberent: quicunq; tribulis in uil-
lã suam diuertisset. Apostolus quoq; precipit: Episco-
pos cõprimis hospitales eẽ debere: quod & in decre-
tis canonicis. D. xli. latissime enarratum legas.

Cæterum cum sapientes difiniant quattuor uirtu-
tes: Iusticiam: Prudentiam: Fortitudinem: Temperã
tiam. Quarum quadriga alias quoque secum ue-
hat: Quis nescit eas bono principi studiose enixeq;
colendas? Et ne in præsentia sinuosos nimis ac lon-
gos cõmentarios faciam: ut succinctius cuncta per-
A stringam: & quasi transeunter attingam. Iustus esse
ante omnia princeps debet: & ueluti in statera: atq; ĩ
librili cuncta perpendere. Ius religiose & equabili-
ter dicere nec digitum quidem transuersum aut un-
guem latũ (ut dicitur) a legis præscripto discedere:
nisi quatenus in pœna exigenda mitius agat & mol

lius. Lex enim ut inquit rectissime Pindarus domina est: quæ uitiorum emendatrix est: commendatrixq; uirtutũ: qui legẽ præesse iubet: uidetur iubere deum præesse: ut auctor est Aristoteles. Ministri legũ sunt magistratus uereque dici potest magistratum legem esse loquentem: Legem autem mutum magistratũ. Illi uero ciuitati paratum: inquit Plato interitum ui/deo in qua non lex magistratibus: sed legi magistra/tus præsunt. Salutem uero illi: ubi lex magistratibus dominatur cuncta mediusfidius bona illi reipublicæ affore conspicio cuius princeps sincerissimus iustitiæ cultor extiterit: quæ una uirtus omnium est domina: ut. M. Tullii uerbis utar: & regina uirtutum: sine qua quid sunt magna regna: ut autumat Augusti/nus: nisi magna latrocinia. Interrogatus aliquan/do Agesilaus: utra uirtus esset melior fortitudo: an iusticia: oppido quã scite respondit. ουδεν εφ ηανδρι/ασ χρηζοι εν εαν παντ εσαμεν δικαιοι: nihil ĩquit forti tudine indigemus: si iusti omnes simus. Darium per sarum regem iustitiæ olim sacrificantẽ: dixisse refert Philostratus. O dña si qua es usquam: quibus plane uerbis satis ostendit se iampridẽ exoptasse iusticiam neq; illam usquam gẽtium agnoscere potuisse. A no bilissimo philosophorũ dictũ est. ουτεσ ϖετε εωροσ ου οσ ουτω θαυμασιοσ. Q d neq; hesperus, neq; lucifer p inde atq; iusticia admirabilis est. Quam eruditi eru/dite: graphiceq; oleo comparant ut. n. oleũ intus ĩge stũ obest foris infusum prodest: sic & iusticia oĩa no

bis circa alios est: magisq; aliis pdest quã exercitori.
¶ Ob hoc dixit in ethicis Aristoteles iustitiã uirtutẽ esse ad aliũ: ex qua una uirtute uiri boni appellantur. Ex qua Aristides dicœos.i.iustus cognominatus. Hinc Traianus laudibus effertur q; se legibus subiecerit. Qui abiturus consulatu iurauit se nihil cõtra leges fecisse. Et sane sicut princeps ẽ supra ciuitatẽ: ita
A leges esse debent supra principem. Symbola illa Pythagoræ & enygmata intelligat princeps ad se potissimũ ptinere. Staterã ne transilias. i. ne ꝑtergrediare iustitiã. Coronã minime carpendã. i. leges urbium cõseruandas. Per uiã publicã ne ambules. i. ne multorũ sequaris errores. Itaq; faciat prĩceps iustus q; in bõis principibus gloriosum fuisse accipimus ut nullius ab eo magistratus ius: nullius auctoritas minuatur: ad pretorem: ad Iuridicos magistratus pleraq; omnia remittat: leges ne cõculcet. Et iustitia pinde ac admĩculo firmissimo fulciat: Ad quã cũ oẽs mortales: tum ꝑcipue principes se eẽ natos itelligãt quã græci dicœosynen apellant quasi δικαιου συνέσιν. i. iusti intelligẽtiã: ut interꝑtatur Plato in Cratylo. At qui cum iusticiæ ps sit religio. Cũ dei cultus iustitiæ ascribatur spe-
B ciosum: haud dubie ẽ principẽ: & esse: & uideri religiosum: reiq; diuinæ cultorẽ. Religiõe. n. uita cõstat. Religiõe (ut auctor est Lactãtius) hõ ꝑstat cæteris animãtibus. Religiõis uinculo hoĩes deo obstringũtur ac religantur: uñ ipsa religio nomẽ credit accepisse quãuis alii aliũde deducãt. Deo oẽs hoĩes seruitutẽ

debẽt:q̄ latria græce dr̄. In primis uero principes decet dei cultus: quā Theosebiā græci appellant. Cultura āt dei potissima est bonitas: Vis (iquit Seneca) deos ꝓpitiari: bon9 esto: satis illos coluit quisquis imitatus est. Caueat pricceps: ne illud quo peius nihil dici pōt: de se merito dicat: Contemptor diuū Mezētius. Priceps nō minus hoīem se quā hoībus pesse meminerit. In pectore principari conditū sit illud Oratianum. Diis te minorē quod geris īperas. Hinc oē pricipiū: huc refer exitum. Religio in principe efficit: ut oēs subditi modestia quadā: & quasi sanctitudine cōtineantur. Illa quoq religiōis ps nec ea qdē mīma ē: extruere tēpla: restituere delubra uetustate labentia. In laudē Augusti dictū est. Tēploꝝ positor: temploꝝ sancte repostor. Sciat tñ princeps deos non tā adorātis erogatōe quā sanctitate lætari: quā purā mētē q̄ aurum malunt. Hinc Alexander Romanus imperator auari ne guttulam quidē: aut bracteolam in templis posuit. Susurrans illud Persianū: in sancto quid facit aurum. Ego uero censeo principem & mente: & manu erga deos munificum esse oportere: Qui & si nullius rei indigi sunt: tñ uolunt principes beneficiorum nec immemores: nec ingratos existere. Quid dicā pricipē prudētē eē debere: & cūcta solerti rōne perpēdere: Cū prudētiæ iter uirtutes principatum Plato det libro secūdo de legibus: Cū dicat Solomō: Fructū prudētiæ meliorē esse auro: & lapide pcioso: Cū Socrates asserat nullā uirtutē eē sine prudentia: quæ

græco uocabulo phronesis nominatur. Anaxagorã & Thalem: aliosq; id genus homines sapientes esse dicunt: prudentes negant. Impossibile est inquit Aristoteles prudentem esse quépiam: nisi sit bonus. Sit igitur princeps non solum ipse præditus prudentia: uerum etiam consiliarios prudentes habeat quibus bene consulentibus credere possit. Nemo enim per se unquã solus ita sapit: Nemo ita circunspectus ac sagax. Nemo ita linceus est: ut non aliquando labet atq; cecutiat: q; si genuina quadã excellentiq; prudentia preditus princeps aliquando reperiatur: ut alieno consilio non egeat: tamen id faciat quod summi nauium gubernatores: qui in magnis tempestatibus a uectoribus admoneri non recusant. Consiliũ bonũ: ut inquit uerissime Marcus Varro & ei qui consulit bonum habendum est: sicut econtrario. Malum cõsilium consultori pessimum est: qui uersus prouerbialis de græco illo Hesiodi uersu expressus uidetur ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη. i. cõsultum male: consultori pessima res est. Amicum fidelem: uitæ medicamentũ esse prodidit Solomon. Quod si sancti & uenerabiles consiliarii: non malitiosi neq; furaces principi contigerint: cuncta salubriter: sancte: innocenter administrabuntur: Cum talib9 princeps omnia communicabit: talium saluberrimis consiliis libens obsequetur. Facietq; quod. M. Antonius imperator: cuius memorabilis est illa sententia: Aequi9 est ut ego tot consilium amicorum sequar: quam

ut tot tales amici meam unius uoluntatem sequant. Et sane: sicuti ꝓditum est a scriptoribus idoneis: Melior est respublica: & ꝓpe tutior: in qua princeps malus est: ea: in quã sunt amici principis mali: Siquidem unus malus potest a pluribus bonis corrigi: Multi ãt mali non pñt ab uno quãuis bono ulla rõne superari. quod Homulius quõdã Troiano imperatori dixisse memoratur. Sed sæpenumero qd' dolenter dicendũ est: euenit: ut sanctus: cautus: optimus princeps uendat: circunscribaturq; ab improbis cõsiliatorib9: qui excubare sese simulantes in negociis principalibus clanculũ cuncta puertunt: Et cupiditate priuati emolumenti rectũ ꝑuaricantes fumũ ꝑcio uenditãt: ut prisci dicebant: digni prorsus: qui fumo ipsi puniantur: sicut olim Thurinus ab Alexandro romano imperatore punitus est: ꝑcone dicente: Fumo punitur qui fumũ uendidit. Cæteꝝ sicut fidi consiliarii & prudentes audiendi sunt: Ita assentatores: adulatoresq; explodendi qui ad uoluptatem loquuntur omnia: nihil ad ueritatem. Præstat inquit antistenes: In coruos quam in assentatores incidere: quippe illi mortuos: isti uiuos deuorãt. Et sane adulatio prout clarissimi scriptorũ ꝓdiderunt res est seruilis ac ꝑniciosa: in aula principum prope peculiariter gliscens uigensq;: ꝑpetuũ ut inquit Curtius regum malum: quorum opes sæpius assentatio quã hostis euertit. Quo circa etiam atq; etiam caueant principes: ne aures assentatoribus patulas præbeant: neq; se adulari sinant. Multi enim

gnato℞ similes qui gloriosum militẽ infatuent. Verba adulato℞ mollia feriunt interiora uentris. Quippe adulator blandus inimicus esse creditur. Laudat Mamertius Iulianum ĩperatorẽ ꝙ aduersus oẽs assẽ

A tato℞ illecebras captiõesq; munitus esset quodq; ei a fucatis adulãtium uenenis piculum nullũ foret. Augustum quoq; Cæsarẽ ex eo celebrant: qđ adulationes indecoras repſſerit: de quo non minus uere quã scite dixit Oratius: Cui male si palpere recalcitrat undiq; tutus. Meminisse hoc ĩ loco par est id qđ Pesceni us niger dixisse quondã memorat': Nã cum quidã illi imperatori iã facto panegyricũ recitare uellet dixisse fertur uerbũ hoc dignũ scitu relatuq;. Scribe laudes Marii: uel Hãibalis: uel alicuius ducis optime functi. Et dic quid ille fecerit ut nos imitemur. Nã uiuentes laudare irrisio ẽ: maxime principes: a quibus speratur: qui timent': qui pſtare publice possunt: qui pñt necare: qui ꝓscribere. Sed cum naturã uel bonam fortuna plerunq; corrumpat: Accidit frequenter: ut principes magniloquentia adulato℞ sufflati uera credant oĩa eẽ quæ de se ipsis audiunt prædicari. Tũc Cristæ consurgunt. Et ut inquit satyrograhpus: Nihil est qđ credere de se nõ possit: cum laudat' dis æqua potestas: tũc adulatoribus arrident ac blandiunt': seueris ignarisq; blãdiẽdi ꝓrsus infesti. Sic olim Cresus Solonẽ expulit præcipitem: quia blandiri nesciebat. Sic Dionysius philoxẽo acriter succẽsuit minime assentãti. Infatuat nimirũ hæc adulatio uitio℞ altrix & ueluti gangrena

serpēs latissime ītra liminia potētiorum: & hæc hacte nus. Præterea quis nescit principē fortitudine quasi A muro sepium ac uallatum esse d̄ber: ut animo subni xo erectoq; impterritus. īpauidus: extrilidus cuncta regat ac moderetur: nec terriculis uanis cōcutiatur: nec muscas (ut aiunt) uolitātes ptimescat. Propria ē uirorum fortitudo: q̄ ex uirtutibus una peculiari qua si noīe uirtus nuncupatur. Est. n. ex uiro uirtus appel lata: pinde ac uirorū̄ fortitudo maxime deceat. ut au ctor est Marcus Tullius. Andria apud græcos nomi natur: quasi uirilitas: quāquā Plato etymon atq; inter ptamentum aliunde deducat. Homerus duas regis uirtutes ueluti pcipuas pbat: iusticiā. s. & fortitudinē: Cum sic inquit: Ille bonus pugnator erat Dux opti mus idem: quē uersum Alexād̄er magnus adeo ada mabat: ut eū̄ censeret oībus aliis uersibus homericis anteponendū̄. Inter fortitudinis partes exigimus ut princeps nō min9 sit rei militaris quā ciuilis admīstra tiōis gnarus cōsultusq;: nec minus bellica laude quam rubrica ppollēs. Hic locus me submōebat: ut d̄ re mi litari: & de īperatoriis uirtutibus non nihil dissererē. Verū̄ hac ad psens narratiōe supsedendum: Cum ali quot ab hinc annos totum id negocium lucul̄eta opi nor disertatione affatim explicauerim. Cæte℞ cū alia fortitudo in milite: alia ī duce requiratur: Cum sit alia animi: alia corporis fortitudo: tempestiuum erat hic quoq; pauca quædam inserer̄: facientia ad robur cor poris agēdū̄ & bonā habitudinē custodiēdam: quod

imprimis præstat gymnastica exercitatio: qua cũcta conualescunt: Q ua membra corporis fiunt uiridiora uegetioraq;. Scitũ.n.illud ẽ: Ad bonã ualitudinẽ plus exercitationẽ ꝓdesse quã medicos: Sed sup hac quoq; pte ĩ libello ꝺ fælicitate disserui opinor satis diligẽter ex doctrĩa medicoꝝ philosophoꝝq;. Veꝝ ut quadriga uirtutũ tota curriculũ suum conficiat. Quis infíciat.quis abnuit: prĩcipẽ tẽpatum ac cõtinẽtẽ eẽ oportere? Et cum tẽperantia: quã σωφροσυνη græci uocãt quasi prudẽtiæ cõseruationẽ: quæ frugalitas quoq; dici põt sit ratiõis.in libidinẽ: atq; in alios non rectos appetitus: dominatio. Quid ĩ principe ꝓclarius esse põt quã in maxĩma peccandi licentia nõ peccare. frenare libidines.coercere appetitiones exultãtes. Scipio africanus apud Liuiũ: Nõ alia inquit uirtute æque atque tẽperantia: & cõtinentia libidinũ gloriatus fuerit Alexander magn9 arbitrabatur nõ minus opus regium esse se ipsum uincere quã hostes edomare: qui cum dilectam sibi ex pellicibus suis ꝓcipue noĩe Campasdẽ nudã pĩgi ob admirationẽ formæ ab appelle iussisset. Cumq; eũ pari captũ amorẽ sensisset dono dedit eam. Magnus aĩo maior imperio sui: nec minor hoc facto quã uictoria aliq̃: quippe (ut plinii uerbis utar) se uicit nec thoꝝ tãtum suum: sed ẽt affectum dõauit artifici ne dilectæ quidẽ respectu mot9: ut quæ mõ regis fuisset: mõ pictoris esset. Quẽ magis admiraberis (ĩquit Seneca) quã qui ĩpat sibi. quã qui se habet ĩptãte? Gẽtes facilius est barbaras ĩpatientesq; alieni arbitrii re-

gere quã aĩum ſuũ cõtineɫ & tradere ſibi. Verꝝ nequa quã ſatis ẽ ipſum pricipẽ oculos: man9: uẽtrẽ: & q̃ ĩtra uẽtrẽ ſunt cõtinere. ac moderari: Sed ei circũſpicien dũ quoq; ẽ: ut miniſtros oẽs habeat cõtinẽtes: ac moderatos. Sæpe. n. priceps optimus: tempãtiſſimuſq; infamaɫ ob ĩprobos: ac nequã miniſtratores. Habeat itaq; princeps comptos exploratoſq; mores diſpẽſatorꝝ: ſcribarꝝ: cubiculariorꝝ: aliorũq; ĩ aula pricipali miniſtrãtiũ. nã ut inquit epigrãmatiſta. pricipis ẽ uirtus maxĩa noſſe ſuos. quos nouerit egregie fideles: his res obeũdas cõmittere rectiſſime põt. Sed Plerũq; ĩ aulico famulitio: ſupbi furaces: iactãticuli cõſpiciũtur. qui ſeſe ob hoc quia principi ſeruiunt dominari ciuibus iure arbitrantur: Qui ſui cõmodi cã perperã pleraq; moliunɫ: qui ſupcilioſo faſtu tumẽtes uideri uolũt ſe apud principẽ ſuũ multũ poſſe ut nõ minus uerꝰ quã decẽter dixerit ſatyrograph9: Maxima quæq; domus ſeruis eſt plena ſuperbis. Et ſane pleriq; prĩcipes extiterũt: qui cũ eſſẽt ciuiũ domini famulorum erant ſerui horũ conſiliis horꝝ nutu regebãtur: ꝑ hos audiebãt: ꝑ hos loquebãtur. Talem fuiſſe Claudium Cæſarem tradũt: Cui nõ amor: nõ odium inerant niſi ĩdita & iuſſa: qui famuliciis mancipatus ac addictus nõ principem ſe: ſed miniſtrũ egit: cuius libertus Polybius inter duos ſæpe cõſules ambulabat ſeruiebat. E cõtrario Hadrianus iure laudatur: qui cum quodã tempore ſeruũ ſuũ ĩter duos ſenatores ambulare uidiſſet: miſit qui ei colaphũ incuteret. & diceret. noli in

A

B

ter eos ābulare: quorū eē adhuc potes seruus. Coerceat ergo princeps ac regat aulicā familiam: ita ut nouerint se famulos esse non dominos: ut sciant sibi frugaliter: abstinenter: innocenter esse uidendum.
Sit ipsum principis sigillū anulusq; signatorius nō minister alienæ libidinis: sed testis uolūtatis principalis: nec eo scribæ ad priuatū (ut plerūq; fit) compendiū abutantur. Deniq; omnibus cognitum exploratūq; sit: principi nequitias fraudes: rapinas suorum displicere. Eumq; talibus inimicissimum si id cognouerit futurum. Ipse uero princeps nihil per impotentiā nihil per iniustitiam: nihil per crudelitatē nihil per auaritiam agat: nō odio: nō gratia: nō pecunia a uia recta trāsuersus deducatur: nihil p effectum iracundiæ impotentissimum furenter decernat: sed ratione ueluti domina ducatur. Cunctatione ac cōsilii gubernatiōe cuncta perpendens. Nā ut inquit Claudianus. Diis proximus ille ē quem ratio non ira mouet. Habeant principes saluberrimū illud Athenodori documentū in penitissimis præcordiis recōditū qui petito ab Augusto cōmeatu iā iam discessurus: Cum ira (inquit) o cæsar te ceperit nihil pri9 neq; dixeris: neq; feceris quā ipsas uigintiquattuor elemētarias litteras tecū ipse percurreris. Tunc Augustus eo manu apprehenso adhuc īquit tua mihi præsentia opus est. Eūq; penes se retinuit. Audite quæso uersus nō minus frequenti assiduoq; mēoratu dignos quā philosophorū dcreta documētaq;. Tu licet extremos late dominare p idos

Te medus: te mollis arebs: te seres adorent. Si metu is: si praua cupis: si duceris ira: Seruitii patiere iugum: tolerabis iniquas Interius leges. tunc omnia iure tenebis: cum poteris rex esse tui.

Cæterũ quãuis prĩceps legibus solutus eẽ dicatur: quãuis de prĩcipe dictũ sit: si libet: licet: An nescis prĩcipẽ legẽ dare nõ accipere? Tamen bonus princeps nõ tã quid liceat sibi: spectabit: quã quid deceat. nec. n. qđ quisq; põt id ei licet: nec si nõ obstatur: ꝓpterea ei permittitur. Si quidẽ licere id dicimus: ut docet. M. Tullius ĩ philippicis: Quod legibus. qđ more maioꝝ institutisq; conceditur. Platonis sentẽtia est: Quales ĩ repu. principes sint: tales reliquos solere esse ciues. Vita principis (ut Plinii panegyristæ uerbis utar) cẽsura est: eaq; perpetua. Ad hanc dirigimur: ad hãc cõuertimur: nec tã imperio nobis opꝰ ẽ: quã exẽplo. ꝓinde fit ut pniciosius de repu. mereãtur uitiosi prĩcipes qđ non solũ uitia cõcipiunt ipsi: sed ea infundunt ĩ ciuitatẽ: neq; solũ obsunt: qꝛ ipsi corrũpuntur: sed etiã quod corrumpunt: plusq; exẽplo quã peccato nocẽt nã quãto quisq; maior est: tãto eius dicta: factaq; sunt conspectiora illustrioraq;: Et ut ĩquit Satyrographus Oẽ animi uitium tanto cõspectius in se crimẽ habet: Quãto qui peccat maior habetur. Principi ergo qui ĩ conspectu mortalium uiuit. in quẽ oculi oĩum coniiciuntur: cuius in clarissima luce uersantis nullum obscuꝝ põt: nec dictum esse: nec factũ: Circunspectius: cautius: sanctius uiuendum est: ut eius uita pro spe

 A

culo sit contemplantibus: Et pfecto non paꝝ multa priuatis pmittũtur q̃ minime principem deceãt: imo q̃ principem dehonestẽt ac indecorẽt: In quã sñiam ẽ illud ab Ouidio ĩ cõsolatiõe ad Liuiã decẽter pditũ
Non eadem uulgusq; decent & lumina rerum.
Est quod præcipuum debeat ista domus.
Ad te oculos auresq; trahis: tua facta notamus.
Nec uox missa potest principis ore tegi.

Concinit subscribitq; Nasonis carmini luculenta illa Claudiani & memoratu: ac scitu digna sententia:
Hoc te præterea crebro sermone monebo:
Vt te totius medio telluris in orbe
Viuere cognoscas: cunctis tua gentib9 esse
Facta palam: nec posse dari regalibus usquam
Secretum uitiis: nam lux altissima fati
Ocultum nil esse sinit: latebrasq; per omnes
Intrat. & abstrusos explorat fama recessus.

Apostolus Paulus in epistola ad Titum: & altera ad Timotheum pcipiens quibus moribus eps p̃dit9 esse debeat. Oportet ĩquit episcopũ sine crĩe eẽ: nõ su pbum: nõ iracundum: nõ uinolẽtum: nõ pcussorem: non turpis lucri cupidum: sed hospitalẽ: benignum: prudentem: sobrium. Quis non uidet hæc apostolica documenta fere oĩa pfecto principi conuenire: & ĩ illo quem effingimus principe desiderari. Quæ singula si minutatim: & ut ita dicam frustillatim per/censere uelim: dies me deficiet: Equidem iam uere/or ne hæc nauseosa & molesta fuerint compluscculis

audentium. Quo circa faciã quod bonus imperator iam canã receptui: & instar nautici gubernatoris uela complicabo: & remis in portum festinenter excurram. Scio plura dici potuisse ob materiæ largitatem quæ prope infinita est: quæ quãto plura dixeris tanto dicturienti plura suppeditat. Sed utilissimus omnibus in rebus est modus: & habenas pressisse quã laxasse plerumq; salubrius. Diximus hactenus de triplici forma administrãdæ reipu. Percensuimus illa fere omnia: q̃ in principe optimo absolutissimoq; exigantur. Qui si talis uspiam gentium fuerit repertus: merito quattuor illa cognomenta merebitur indipisci: ut. s. Pius: Magnus Patriæ pater: Optimus ab omnibus appelletur. Talem omnis populus delitias suas esse dicet: Sicut olim romanus populus Gordianum appellauit. Talẽ cuncti amabũt ut parentem: uenerabũtur ut deum: Sub talis imperio uiuẽt quã beatissimi: Talis caritate ciuiũ septus erit: quæ ars inaccessa est: & inexpugnabile munimentũ. Melius. n. tutetur principẽ amor ciuium quã ferrũ lateronũ: nã ut inquit uerissime Claudianus: Nõ sic excubiæ: non circunstantia pila: quã tutatur amor. Nõ sunt: nõ sunt adamatina uincula illa: quæ Dionysius tyrannus dictitabat: metus: uiolentia: classis: præsidiũ decem millium armatorũ: Sed beniuolentia: gratia: bonitas: innocentia. Da principem talem qualẽ libellus iste describit: huic affatim p̃sto erũt: qui oculi regum: qui aures principũ apud ueteres dicebantur: & cũ iucundis

simum sit in rebus humanis amari & amare: hic ama-
bitur & amabit mutuis effectibus. Hic deniq; cum ha-
bebit deuotos: fideles: obnoxios: nec minus de uita
principis: quam de suamet ipsorũ incolumitate sollici
tos. Verũ.n.uero cum difficillimũ sit: & oppido quã
arduũ inueniri prícipẽ talem: ex omnibus his: quæ ret
tulimus compactum & quasi cõglutinatum. Merito
A dixit Dioclitianus imperator. Nihil esse difficili9 quã
bene imperarẽ. Et a scurra nescio quo bene dictum ẽ.
In uno annulo bonos principes posse pscribi. Quis
est enim tã irreprehensibilis princeps qui nõ quasi in
pulchro corpore aut neuum aut uerrucam habeat?
Videor facturus operæprecium: si hodiernam hanc
enarrationem uersibus clusero: a poeta luculẽto gra-
phice: & concinniter factis ad principem intuendum:
quos scribi debere cẽsemus pro foribus omniũ ædi-
um principaliũ: quos habere prícipes cordi & memo
riæ saluberrimũ puto. Versus autẽ de quib9 loquor
qui didascalici & instar ꝓtreptici probantur: hii sunt:

Tu ciuem patremq; geras: tu consule cunctis
Nec tibi: nec tua te moueant: sed publica uota.
In cõmune iubes siquid censesq; tenendum
Primus iussa subi: tunc obseruatior æqui
Fit populus: nec ferre uetat: cũ uiderit ipsum
Auctorem parere sibi: componitur orbis
Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus
Humanos edicta ualent quam uita regentis.
Mo bile mutatur semper cum principe uulgus.

Superatut oñderem9 i romão iperio hosce oẽs status: de quib9 añ dictũ ẽ: extitisse. Q đ ut sũmati & q̃si trãseũter attingã: A Platõe philosophiaq; didicimus naturales esse cõuersiões quasdã rex publicax ut eæ tũ a pricipib9 tenerent: tũ a populis: aliquando ab optimatib9: Q đ potissimũ accidit romanæ reipu. que ut sublimib9 icrementis augeret: uirtus & fortuna plerũq; alioqui dissidẽtes mutuo concordiæ nexu cõuenerũt. & ita factum ẽ: ut populus Romanus uirtute: ac fortuna simul suffragãtib9 (Virtus enim sine fortuna mãca ẽ & mutila) ad summum fastigium peruenerit. Cui9 pria ætas & q̃si icunabula sub septẽ regibus annos ppe. ccl. fuerunt. Dein ætatẽ ingressus adultam mõ sub Aristocratico mõ sub Democratico statu: uires exercuit: & lacertos mouit per annos circiter. cccc. Tãdẽ post gẽtium: natiõum: regum ceruices opssas: post subactã diutinis bellis maximã urbis terrax ptẽ: Vrbs uenerabilis cæsaribus tanquã liberis suis regẽda primonii hoc ẽ impii romãi iura permisit. De quibus Suetoni9 trãquillus unus oĩum compositissime diligẽtissimeq; cõscribit: Cuius libros multiiuga: nec triuiali eruditione pgnãtes scaturiẽtesq; una cum cõmẽtariis nr̃is hoc ãno enarrabim9. dabimusq; opam: ut edulia nr̃a nouis cõdimẽtis cõdita: faciãt ad stomacum: sintq; citra nauseã: & facietatẽ. Trãquillo copulabitur Oratius Flaccus: Cuius sermões non min9 frugiferi quam uoluptifici futuri sunt animis auribusq; auditorum purgatioribus.

ORATIO PROVERBIORVM CONDITA A PHILIPPO BEROALDO: QVA DOCTRINA REMOTIOR CONTINETVR.

Ad Ornatissimum Christophorum Vaitimilium Scholasticum Boemum Philippi Beroaldi Bononiensis Epistola.

c Ompluſculi ex Boemia ſcholaſtici Ad capiēdum ingenii cultū linguamq; cōmendā in hoc noſtrū gymnaſiū litteratoriū quot annis cōmigrare conſueuerunt: nitidi prorſus atq; elegātes: ſed omniū ſane nitidiſſimus extitit atq; elegantiſſimus Vldricus Roſenſis inter inclytos Boemiæ ꝓceres famigeratus: cuius nomini Annotiōes nuncupati dedicaui. Iohānes uero uartibergenſis omni præconio bonitatis ornatus inſtar gēmæ radiantis in cœtu ſcholaſtico reſulget: ad quē opuſculū de Septem ſapientibus compoſui. Fuit indidē & martinus crūnouiēſis: quo nil candidius: cuius nomē liber Orationum meaɼū in liminari pagina geſtat inſcriptum. Poſt hos tu ex eadē regione haud magno ſane interuallo aduenisti Criſtohpore mi ad ingenium excollendum: in quo nil culpabi

le conuiſitur. Tu uirginali corpus ſilo ſpecioſus iux-
ta ſocraticũ documentum impendio procuras ne cor
poris pulchritudinẽ morum turpium de honeſtamẽ-
to dedecores. Tu claritudine natalium inſignis: fami
liæ Vaitimilliæ apud Boemos honoratiſſimæ : es or
namẽto: minimeq́ꝫ a patria uirtute degeneras. Siqui
dẽ Benedictꝰ: hoc enĩ erat nomine parens: ĩ magna
exiſtimatiõe apud maximos reges cum conſilio pol-
leret: ſæpe ad exteras nationes in negociis principali
bus obeundis regius eſt deſtinatus orator & cum eſ-
ſet patrii ſermonis affabilitate cultiſſimus ſæpe rediĩt
exorator. Qui tanquam ariſtotelis Xenophontiſq́ꝫ
œconomicũ legiſſet: agebat bonum patrẽ familias:
qui ampliora faciens: quæ a parẽtibus acceperat lucu
lentiorem hæreditatem liberis reliquit. Ex quibus tu
frugalitatẽ quidem domeſticam probãs: tãquã ea ſit
optimũ uectigal: exiſtimans tamen paterna bona ſi
ne aĩ bonis eſſe ueluti manca & mutila: ad nos con-
ceſſiſti: ut bonis animi ſuffarcinatus paternã heredi
tatẽ faceres cumulatiorẽ: ut pigmento eloquentiæ la
tialis coloratus: ut cote muſæ liberalis expolitus : ut
noſtro dolatorio leuigatus elegantior opulentiorque
ad tuos in Boemiã reuertaris. Itaq́ꝫ gymnaſium litte
rariũ frequẽs inuiſis : audiſq́ꝫ quotidie nos ex prom-
ptuario muſico deprom̃etes quippiam dignũ memo
ratu: daſq́ꝫ operã ne bõæ horæ malle collucentur. Ne
bona ætas per incuriam effluat: atq́ꝫ deſidiam. Quas
ob res ego ſubinuitatus libellũ hũc proxima fœtura

natū apud me tibi noīatū dedicaui: quo ꝓuerbia non pauca ſcite & moraliter explicantur: quem ſub eadē incude litteratoria fotmatum facile agnoſcas qua id genus opuſcula iam plurima a nobis procuſa ſunt: quæ illuſtribus ſectatoribus noſtris tranſmōtanis di-cata circūferuntur: libellus eſt ſuccoſus: fertilis: condi mētiſq; doctrinæ multiſariæ eſculentioribus ita condi tus concinnatuſq;: ut & ad palatum faciat & ad ſto-machū. Tu mi Chriſtophore munuſculum id quale-cūq; eſt hilaro uultu libens cape. nec ex eo ꝙ charta rium: ſed ex eo ꝙ litteratū ſit metiaris atq; perpēdas. Nā ſicut in uaſis fictilibus theſauri perſæpe precioſi reconduntur: ita in his libellis opes plerūq; luculētæ includuntur: & perinde atq; in dactylothecis gēmæ litterarū continentur. Vale: & dilige doctorem.

PROVERBIALIS Oratio Philippi Beroaldi.

S Ocrates ille philoſophoꝝ fons uiri clariſſimi: quem oraculum Apollinis ſapientiſſimū mor talium eſſe ꝓdidit: Cū ad æthicen trāſiret: di xiſſe fert̄. Quæ ſupra nos nihil ad nos ex hoc ſocra-tico documento cōmonemur omiſſis reb9 ſublimio ribus circa hūiliora uerſari: & a cœleſtibus ad terrena deſcēdere: & diuinis ſepoſitis hūana ſcrutari. Ex hac ſapiētiſſimi Philoſophi ſentētia quaſi aurē uellicante cōmonitus decreui hodierno die repere humi: & per aream popularem expatiari: hoc eſt aliquot uulgares ſentētias excutere: enucleare: perpēdere. Pulchrū eſt

Scentor
Aurē vellicās
repere Humj
p arem popularē ex
pahiarj

medius fidius nec oĩbus obuiũ rebus protritis dare splendorẽ: & conculcatis triuialiter dictis id gratiæ: id uenustatis inserere: ut noua: ut splẽdida: ut indicta eẽ uideant̃. Quid est autẽ tã protritũ: tã uulgare: tã promiscuũ quã prouerbiũ? Atqui prouerbia nõ nulla tam græca q̃ nostratia hodierna disertatiõe a nobis explicabunt̃. sed cũ nihil fermẽ sit tã sordidũ & obsoletũ: qd̃ nõ ornatu fiat splẽdicans & speciosum: elaborabo atq3 pro uirili parte cõtendã: oratoriis illa pygmentis excolere: & myrothecio socratico uenustare: Ita ut q̃ quasi fastidita poterant repudiari: ea fiant maxime expetẽda. Faciã qd̃ cosmetæ & ornatrices in comenda matrona quã ita interpollãt: ita mũdo muliebri aliisq3 id genus rebus expoliunt: ut longe alia familiaribus & uicinis appeat. Ingenus est ac ꝑpe infinita tã apud græcos: quã apud nostros silua ꝓuerbioꝝ. Ex q̃ pauca quædã interlegi excerpsiq3: quæ ianuã repandant publicis lectiõibus: quoꝝ enarratio sit ueluti prodromos atq3 præcursoria curriculi nr̃i litteratorii. Sũt autem prouerbia ut docente Diuo Augustino didicim9 sententiæ uulgares: quas græci paroimias: latini aliis quoq3 uocabulis modo adagia: modo uerba modo adagiones appellant: quæ ego subinde mecum pẽsitans iuenio nõ mĩus succosa esse: nec mĩus uitæ cõducentia: quã sanctiora philosophoꝝ uolumĩa. Ad hæc habent ꝓuerbia quiddã simile legibus: quaꝝ scriptũ ãgustum ẽ iterꝑtatio latissima. Siqdẽ sũma breuitate cõclusa: itellectũ uberiorem cõplectunt̃: & sententia

liter uitam instruunt. Ita ut quæ ad moralem philoso phiá pertinent ingeniiq; elegantiá: non minus ex pro uerbiis cognosci possint quá ex doctrinis & uolũini bus socraticorum. Non credis hoc mihi? credo diuo Hieronymo scribenti q; Solomon in libro prouer/ biorum moralem docuit disciplinam: succinctis ut de cuit breuibusq; sententiis uitæ instituta componens. Quod ut planius fiat & manifestius prouerbia aliquot explicare auspicabor: ad uitæ humanæ cultũ: & mo res mire facientia. Vos quæso diligẽter attendite spe ro enĩ quæ a me dicent futura & aurium oblectamẽ to ob uarietatem: & aĩorum emolumento ob erudi/ tionem. Quod si in huiuscemodi anteloquiis placere ante hac consueuimus: in hac hodierna disertatione haud quaquam displiciturum me esse confido. Hinc autem potissimum ordiemur.

¶ M. Terentius Varro: ille togatorũ litteratissimus: & ut uerissime dictum est a Terentiano: Vndecũq; doctissimus: Prouerbiũ hoc cum primis celebrat: hõ bulla est: eo magis senex. Scitis opinor oẽs bullã di/ ci in aquis tumorem repente natum: repente euane scentem. Vidistis ne unquã: & enim persæpe uidere cõ/ tingit: ex largo hymbre & subitario id genus bullas quasi sufflatas intumescere? Mox: ubi respexeris: eue stigio euãuisse. Talis nimirũ est homo. Hodie ut bul/ la turget: Crastino nusquã erit. Nulli prorsus rei potuit citius & uerius homo quã bullæ cõparari: Videlicet friuolus: momentarius: nugatorius: & instar bullæ

A

repente deficiens.

Quid est hõ? inquit Seneca: quodlibet quassum uas: & quodlibet fragile iactatu. Quid est homo? imbecillissimũ corpus: & fragile: nudum suapte natura inerme: Alienæ opis indigens: ad oẽm fortunæ cõtumeliã ꝑiectũ: Frigoris ẽ & laboris ĩpatiens: ex ĩfirmis fluidisq; cõtextũ. Odor illi/saporq; & lassitudo/& uigilia: humor: & cibus: sine quibus uiuere non põt: mortifera sunt. Quocũq; se mouet infirmitatis suæ statim conscius. Tenuissimis cãis atq; offensionibus morbidus ac putris. Merito itaq; cecinit sapiẽtissimus poetarũ. Tale quidẽ genus est hoĩum: quale est foliorum.

Tu qui satellitũ cuneis stipatissimus incedis: qui in excelsissimo humani generis fastigio posit9 numinis uice coleris: & obseruaris: qui te Deũ terrenũ credis bulla es. Tu qui ĩmortalia aĩo uolutas: cuius cupiditati orbis ipse non sufficit: cui nihil est satis: bulla es. scito hoĩe nihil esse fragili9: cum eodẽ nihil sit superbi9

Typ9 humanæ uitæ: & imago est flos: qui mane uirescens añ uesperã flacescit. qui cum sit speciosissim9 ocissime ĩtermorit: Magna ut ĩquit Plini9 nr̃ hoĩum admonitiõe: q̃ spectatissime floreãt celeberrime marcescere: hic ꝓphetes in canonicis scripturis exclamat: oĩs caro fœnum & oĩs gl'ia ei9 quasi flos fœni. Cæteꝝ cũ nõ min9 oratoriũ sit ꝑua copiose: quã grãdia breuiter exprimer̃: libet hic paulũ consister̃: & ut dici solet: simbrias diducer̃: & pistrõata cõplicata lati9 explicare.

Tria tp̃a prædicãt oẽs & norunt: præteritum præ

Quid est homo.

nō datur p̄sens
Sed aliquo A

sens & futurū. Sed qui curiosius & subtilius ista pen
sitarunt: præsens tēpus substulerunt: qd in fuga semp
ē: quod fluuii more cursu rapidissimo fluit: ac præci
pitatur: qd ante desinit esse quā uenit: nec magis mo
rā patitur quā mūdus: cuiꝰ uertigo inenarrabilis ē. In
de fit ut hō nūquā in uno statu uel tantillū pmaneat:
hinc illa ouidiani pythagoræ acclamatio. Nr̄a quoqꝫ
ipsorū semp requieqꝫ sine ulla corpora uertunt. nec
quod fuimusue: sumusue cras erimus. Consimiliter
Seneca: Nemo nostrū inquit est ī senectute: qui fuit
iuuenis. Nemo nostrū est māe: qui fuit pridie. corpo
ra nr̄a rapiuntur fluminū mor̄. Nihil ex his quæ uide
mus māet. Ego ipē dū loquar īmutari ista īmutatus
sum: hoc est qd ait Heraclitus. in idem flumē bis de
scendimus: & nō descendimus. Manet enī idē flumi
nis nomen: aqua trāsmissa est quotidie hō moritur:
quotidie demit̄ aliqua pars uitæ: & dum crescit uita
decrescit. quotidie ex nostro corpor̄ particulæ dece
dunt ex qbꝰ cōsistimꝰ: ut philosophi tradunt: & me
morat Alphēus iuriscōsultꝰ titulo de iudiciis: Sīgulæ
horæ īmo momēta aliquid de nobis prædant̄ & car
pūt: punctū ē qd uiuimus: & adhuc pūcto minꝰ. Me
ritoqꝫ ημεροβιοι dici possumus: hoc est diales: cū uita
nobis unius uix dieculæ tributa sit: & dies nostri: ut
inquit Iob sicut umbra prætereāt. Vitæ summa bre
uis spē nos uetat inchoare lōgam: ut inquit uetissime
Flaccus. Nos tamen ī lōgum spes nostras cogitatio
nesqꝫ ptendimus. Inquit unūs anno quinquagesimo

ædificabo: honores gerã: fundos emã. Ait alius se
xagesimo feriatus ociabor & mihi uiuã. Ait & tertius
Senex referam me in rusticum secessum: ibiq; in con
silio habebo agricolationis cõsultissimos: qui me do
cebunt in quincuncem arbusta dispõere: populos uiti
bus maritare: arbores ĩsitiõe frugiferas efficere: agrũ
pastinare: terram pullam ac tenerã quæ optima est: a
cariosa discerniculo quodã internoscere. Libet excla
mare cum Lucretio. O stultas hominũ mẽtes: o pec
tora cæca. Libet ridere cum Democrito: cui negocia
mortaliũ oĩa ridicula uidebant᷑. Quid tibi de futuro
polliceris? Quid ꝓpagas uota ĩ seculum: cum mĩme
cõptum habeas de ãno? Nescis hominẽ bullã esse/qui
scis an adiiciant hodiernæ crastina summæ tẽpora dii
suꝑbi? Nimis: hoc est: uñ habes exploratum te ad ues
perã eẽ uicturũ? Nã ut ĩquit uerissime Lucianus a te
nuissimo filo pẽdemus oẽs: q̃ citius dicto dirumpit᷑:

Catonium prouerbium est: inter os & offam. quo
admonemur ne spes nostras ĩ longum protrahamus/
cum inter os & cibum iã paratum multa interuenire
possint offendicula: & quoniam prouerbia tractam9
non pigebit prouerbialiter fabulari.

Græcus est uersus παροιμιωδησ. id est ꝓuerbialis
idem significans: qđ hoc nostrum inter os & offam
πολλα μεταξυ πελει κυλικοσ και χειλεοσ αχρου latine
dici potest. multa cadunt inter calicem supremaq; la
bra. Dicitur autem hæc paroimia ex tali causa

Anceus Neptuni filius: cum uineã sereret: impera

Inter os et offam;

offendicula

Multa cadunt inter calicem: supremaq; labra

uit nequis familiarium eã ingrederetur: ne qs attingeret: iterdixitq; pene uestigiis seruulorum: ex quib9 un9 asseueranter: haud quaquam inquit domin9 mustum gustabit. nec fructũ carpet ex ea uinea: quam tantope custodit. Vbi autẽ uuæ ematuruerũt. exultans Anceus mustum ex illis psum poculo indit. Mox seruum illum accersi iubet: qui negauerat ei fas eẽ fructus uineaticos mustumq; gustare. Iãq; poculum ori admoturus. Esto inquit memor uerbi: qd iãdudum dixisti. & ille fidenter uersum antedictum rettulit inquiens. Multa cadunt inter calicem supremaq; labra. Ecce tibi famulus alter id horæ eoq; momento exanimat9 repente ingrediens: nunciat aprum fulmineum formidãdæ uastitudinis uineam populari: & cuncta subuertere. Tunc anceus abiecto statim poculo: quod i manibus habebat in aprum cõcitatus fertur: ab eoq; peremptus: mustũ uineti: prout famulus prædixerat gustare non potuit. Vnde ortum hoc prouerbium.

A Alii tradunt hãc paroimiã ductã eẽ ex Antinoi infortunio. fuit autẽ hic Antinous unus ex procis Penelopes. qui absente Vlysse in ipsius aula indulgebant geio: & luxuriosa cõuiuia pcolẽtes prãdiorum cœnarũ q; gurgitib9 Vlyssea patrimõia helluabantur. Verũ cum post diuturnã pegrinationẽ Vlysses clãculo sub mẽdici habitu domũ reuenisset μνηστῆρας. i. procos comesabũdos morte mulctatos iustis pœnis affecit interquos Antinous calicẽ aureũ tenẽs: iãq; illi labra admouẽs corruit moribũdus sagita ab Vlysse in gut

ture lætaliter ictus: Calixque e manib9 excussus est / ut canit Homer9. xxii. odyssææ. & ita ex eo'gustar̃ nõ potuit. Quidã narant q chalcantẽ uites serentẽ auõ gur nescio quis uicinus præteriẽs dixit errar̃: nõ enim ei fas esse nouum uinũ indegustare: & cætera consi/militer. ex hoc prouerbio græco: quacũq de causa in stituto. ductũ est adagium apud latinos alterum mini me triuiale minimeq protritum quod est inter manũ & mentum: Idem pollẽs quod inter os: & offam. A

Quid igitur nos homunculi: & ut ait Lucretius ho muli cũ simus animæ salillũ: ut ĩquit Plautus quid ĩfi/nita cõcupiscimus? quid spes nr̃as inspacia lõgiturna diffundimus: quid sæcula disponimus: cum possit ho mo ex offa quã manu tenet nõ uesci. ex poculo/quod labris admouet: nõ bibere. Deniq cũ possit tã repẽte deficere/quã bulla subito euanescit.

De andragora dixit eprigrãmatista: Lot9 nobiscũ est: hilaris cœnauit: & idem inuentus mane est mor/tuus Andragoras. De Cor. Senectiõe ait Seneca q cũ hilaris cœnasset: Angina præcipiti arreptus cõpres so arctatis faucibus spiritu ante lucẽ decessit: oñditq uetissimũ cẽ illud Hippocratis pronosticon. quo ma/ximus medicoꝝ signat synachen: sic enĩ græce dicitur Angina: quæ uulgo squinãtia homini mortifera esse eãq ocissime strãgulare: quæ intrinsecus grassatur nullo ĩ guttur̃ forisecus existente uestigio: & quia ex emplis homines maxime ducũtur: suntq ad fidem fa ciendã potentissima. Agite dũ exemplis ostendam9: B

Inter manu et mentu.

Plaut. i bin. veru nos homun culi salillum animę.

Andragora.

Senectio.

q̃ nihili sum9:& ꝙ hõ bulla ẽ:& si quid bulla fragili9.

A ¶ Repentina morte obiere Cæsares duo dum matutino calciantur sani ac tempestiui. A. Pompeius in capitolio cum deos salutasset. Legatus rhodiorum perorata in senatu Romano causa in limine curiæ protinus expirauit. Iulius medicus dum iungit specillũ: qd medici instrumentum est per oculum tradens. L. ualla dum mulsi potiõem haurit. Ap. Saufeius dũ sorbet ouum. Repertino oẽs fato occubuere. Anacreon poeta acío uuæ passæ. Fabius senator ĩ lactis haustu uno pilo strangulatus. Quosdam crassior saliua suffocat: ut illud serio dici posse uideatur. Ambulat::& subito funus mirantur amici.

¶ Iam satis opinor constat ac liquet: hoĩem bullã eẽ. en agedũ deinceps discutiamus: quãtomagis senex bulla sit. Qđ quidẽ ĩcõfesso est. &.n. senis anima in labris primoribus habitat. Senex uiuit mortuus inter uiuos. Senex est & nõ est. Senile corpus putridum ẽ ædificiũ: ĩ quo oĩs iũctura diducitur: & dũ alia fulcitur alia discinditur. Senilis ætas nõ descendit sed cadit.

¶ Versiculus ille prouerbii uice celebratur. Non est uiuere sed ualere uita. quo significatur: uitam non esse in homine uitalem: nisi prospera ualitudine perfruatur: proinde senex minime dicendus est uiuere: cum minime ualeat. cum senectus ipsa sit morbus: ut inquit noster comicus: Quod ex apollodoro decenter trãstulit: scribente. Το γηρασ ἐςιν αυτο νόσημα Aristoteles libro. y. de generatione animalium: Rec

te inquit dixeris ſenectutẽ morbũ eſſe naturalẽ. a Se
neca eleganter ſenectus dicitur morbus inſanabilis.
Muſæ grecorꝝ canũt ουκ εςι υγειασ κριττον ουδεν
εν βιω υγεια και νουσ εσθλα τω βιω δυω nihil eſt in uita
melius ſanitate: Sanitas & mens duo uitæ bona. utro
que hoc bono caret ſenex cum infirmus ſit & delirus.
& quãuis Plautinus pater dicat in trinũmo ſapientiæ
ætas condimentum eſt: tamen magna ex parte deli
rant ſenes. Vnde & ſenilis ſtulticia Deliratio appella
ri ſolet: hinc quoqꝫ græco prouerbio dicitur. δυσ παι
δεσ οι γεροντεσ id eſt bis pueri ſenes: quoniã uidelicet A
repueraſcere creduntur: & in priſtinam redire pueril
tatem. idqꝫ Plautum dicerẽ uidemus in mercatore: his
uerbis: ſenex cum exemplo eſt: iam nec ſentit nec ſa
pit aiunt ſolere eum repueraſcere. ſubſcribit huic ſen
tentiæ Ariſtoteles ſcribens in ſecundo politicorum: B
ut corporis ſic etiam mentis eſſe ſenectutem. Quam
autem ſanitas procul ſit a contubernio ſenum: quam
morboſa ſit ſenectus quis ignorat? Circũſilit agmine
facto morborꝝ oẽ genus: ut ĩquit ſatyrographus: ĩ ſe
necta habeſcunt ſenſus: præmoritur uiſus auditꝰ in
ceſſus: torpet palatũ: memoria labat dentes decidũt:
quæ ſunt ciborũ ac ſermonis ĩſtrumẽta: fiuntqꝫ edẽtu
li ſenes & balbi. mẽbra torquẽtur. fiuntqꝫ ſilicerni: qua
ſi ſilices ex dorſi curuitate cernentes. Non ab re fue
rit apud auditores beniuolos minimeqꝫ faſtidioſos
percenſere exemplum Berzelai galaditæ: qui cum
eſſet γερωνλιαν ſenex ualde rogatus a rege Daui

Senectus est mor=
bus nalis.

Nihil est i uita me=
lius sanitate

de ut secum iret hierosolyma: essetq; regius comes: fert᷑ regi ita dixisse prout scriptũ legimus libro secun-do βασιλεῶν idest regum siue regnorũ. Quot sunt dies annorum uitæ meæ: ut ascendam cum rege in Hierusalem. octogenarius sum hodie: nunquid uigẽt sensus mei ad discernendum suaue aut amarum? aut delectare potest seruum tuum cibus aut potus? uel audire possum ultra uocem cantorum atque cantri-cum: Quare seruus tuus sit oneri domino meo regi? Hisce senis Galadiæ uerbis concinit Licinius caluus homo Romanus exactæ ætatis & magno natu se-nex: qui tribunatum militum deprecatus ita uerba fe-cit ad quirites. Me iam non eundem sed umbram no-menq;. P. licinii relictũ uidetis. uires corporis effetæ: sensus oculorum atq; aurium hebetes. Memoria la-bat. uigor animi obtusus.

Merito senectus ætas mala ab auctoribus nuncu-patur: quam inter cætera morborum genera: ut inqt ueridic9 Hippocrates: & Hippocratem sequut9 Cor.
A Celsus maxime infestant Dysponea & stranguria. hoc est spiritus & urinæ difficultas. Coryza idest gra-uedo & pituita. Nephrytis & paralysis: ita græce di-cuntur renum dolores: & neruorum resolutiones. Ad-de & cacexiam idest malum corporis habitum. Ly-enteriam idest intestinorum lenitatem cæteraq; fusi uẽ-tris mala: quibus senes uexantur.

Somnus: ut nemo non nouit. curarum: abolitor uirium stabilimentum est membrorumq; lassescen-

tiũ refocillatio atq; fultura: & ut græci dicunt. ὕπνος τε ρυκε σώματος σωτηρία. somnus corporis salus extitit: hoc quoq; bono caret senectus: quã torquent nocturnæ uigiliæ: quas inter mala uniuersi corporis numerat Plinius noster. hic illud nõ tã poeticũ quã ueridicum oraculum: Somno iam deteriore senectus.

Galenus libro secundo περὶ τροφῶν. i. de alimentis scribit se cum grandior natu foret insomnia uexante θρίδακας. idest lactucas esitasse cõciliãdi somni causa: idq; sibi unicũ Alexipharmacon ἀγρυπνιῶν i. medicamentũ uigiliarũ depulsorium extitisse. quibus infestabatur. Sumebat autẽ id olus ĩ fine cœnæ. sic enĩ lactuca somni est conciliatrix. & ob id cœnas auorũ clausisse traditur cum esset esca nouissima: quod & Maronianum carmen testatur: grataq; nobilium requies lactuca ciborum. nunc uero dapes inchoat in acetariis: & cœnæ principium fit: quia cibi facit appetentiam: & a stomacho fastidium aufert. A

Quin etiam uersus græcus senectutẽ ita infamat. χαλεπὸν τὸ γῆρας ἐστὶν ἀνθρώποις βάρος senect9 inqt onus est hominib9 oppido quã graue & ingestabile. hinc plautina anus: Tantũ inquit hoc est oneris qd fero. quid oneris? Annos. lxxx. & quatuor.

Ad hæc iuuenis cito mori põt: Senex diu uiuere nõ põt. quãquã nihil ĩ uita hominis põt eẽ diu. Quid enĩ nõ mõ ẽ o senex ãnose & polychronie si recorderis? Mõ puer fuisti sub pædagogo: mõ adolescẽtior sub grãmatico manũ ferulæ subduxisti: mõ iuuenis

disciplinã sceuolaꝝ discere cepisti. Modo uir eãdem profiteri. Modo senex desisti uelle. Modo desisti posse. incredibilis est uitæ humanæ rapiditas.

A ¶ Meta uiuendi est: ut physici autumãt: Annus septuagesimus: quando scilicet eptas decadi copulatur: hoc idẽ sensit Psalmographus scribens: Anni hominis septuaginta: si autẽ in potentatibus octoginta. supra autem. κοπος καὶ πονος idest labor & dolor

B ¶ Plato finẽ uitæ legitimũ annum octuagesimũ primũ esse existimauit: habuitq; legitimũ: siquidem illo ipso anno uita decessit natali suo extinctus. ideoq; magi defuncto Platoni: perinde ac deo ĩmolauerunt ꝙ annũ unum atq; octuagesimum sine ulla deductione impleuisset: consumassetq; numerum perfectissimum: quem nouem nouies multiplicata componũt.

C ¶ M. Varro longissimũ spatiũ senescendorũ hominum centum ãnos esse tradit: Vnde & seculũ a senedici spatiũ centũ annoꝝ: cui sentẽtiæ subscribit astipulaturq; Caius iuriscõsultus: qui titulo de usu fructu sic refert: placuit cẽtum annis tuendos esse municipes: quia is finis uitæ longæui hominis est.

¶ Doctissimi mathematicoꝝ: ut berosus: & petosyris & necepsos ãnos homini ad uiuendũ datos: plus
D minus centum uiginti ex syderali scientia iudicarunt: quot Argatoniũ Gaditanum uixisse accepimus: qui annos octoginta regnauit cũ. xl. regnare cœpisset.

¶ Illud quoq; accepimus mosen: qui uulgo moyses nominatur: Solum dei familiarẽ: Vt iudeorũ libri lo-

quuntur. c.xxv. annos uixisse: qui cum quereretur q iuuenis interiret responsum ei ferunt ab incerto nomine hominem neminem plus esse uicturum.

Prudens prætereo quæ conditores canonicarum scripturarum tradiderunt: primigenios homines longe uiuaciores diuturnioresq; fuisse fineq; humanæ uitæ præscriptum pluribus annorum sæculis trascêdisse: Nã q si credimus Plinio anni illi fuere lunares menstruo spacio terminati. Vt non mirum sit quosdam pdi milia annorum uixisse: sed nos credamus uera esse: quæ in instrumento ueteri fide historica traduntur. Quæ Diuus Augustinus astruere conatur.

Quid posteritas ipsa commisit? quid nepotes peccauerũt? quid nos deliquimus? ut tantillo spacio tãq; arctis cancellis uita nostra icluderet? Cur nos quoq; sicuti tritaui illi primordiales: mille annorum nõ uiuim9 & uita diuturniore nõ fruimur? Sed hæc cũ non sint opis instituti: trãseunter attigisse sat est.

Ergo agedum homo impleat annos septuaginta quæ est meta uiuẽdi: octogesimũ primum excedat: q est lõgissimus Platõi uitæ terminus. fiat sæcularis: & cẽtum annos reliquat a tergo. uiuat argathonii ãnos uiuat & mosaycos cẽtũ uigintiquinq;: quos ex diuino respõso nefas est excedere: fiat triseclis nestor: ut anni dextra cõputãdi sint. Viuat ætatẽ Tithoni: de quo est græcũ puerbiũ. τιθωνου γηρας idest tithoni senectus: nonne tũ hic senex macrobius & polichronius bulla erit: & nihil sũt dies eius? Nõne friuola est hæc ætas?

A

& quã quadrupedes aliquot uolucresq; transcendãt:
Audite q̃so Hesiodũ canentẽ. εννεα τοι ζωει γενεασ λακερυζα κορωνη. ανδρων ηβωτων. ελαφοσ δε τετρακορωνοσ. τρισ δε λαφουσ κοραξ γηρασκεται. i. garrula cornix nouẽ hoĩum uiuit ætates: Ceruus aũt quatuor

A cornicũ: Coruus uero triũ ceruorũ ætate senescit. Hesiodicam hãc snĩam Plinius noster elegãtius: breui9: puri9 explicauit hisce uerbis. Hesiodus cornici nouẽ nr̃as attribuit ætates: Quadruplũ eius ceruis: Id triplicatũ coruis. Plutarch9 in libro περι των εκλελοιποτων χρηστηριων. i. de oraculis quæ defecerunt subtiliter & scite disserit super hoc hesiodi carmine qd sit γενεα

B & quot annos complectatur: quam nostri ætatẽ iterp̃tantur: quam quidam unius quidã plurimum quidã pauciorũ annoꝶ esse definiunt.

Cũ igitur corui sint omnibus diuturniores: cum cornices & cerui sint nobis uiuaciores: d̃ quibus sunt græca puerbia υπερ τασ κορωνασ βεβιωκασ. υπερ τασ ελαφους idest ultra cornices ultra ceruos uixit: merito theophrastus ille ĩ familia peripathetica elegãtissim9 cui ex diuinitate loquendi ĩdutum nomen: moriens accusasse naturã dr̃. q̃ ceruis & cornicibus uitam diuturnam: quoꝶ id nihil interesset: hominibus quorum maxime interfuisset: tã exiguã uitã dedisset: quorũ si ætas potuisset ẽẽ longinquior futurum fuisse ut oĩbus pfectis ætatibus oĩum doctrĩa hoĩum uita erudiret.

Cæterum credamus hæc esse fabulosa: assentiamurq; Aristoteli & Aristotelico Alberto magno scri-

bentibus hominẽ uiuere plus tpis quã reliqua anima lia oĩa excepto elephãte. tñ homo bulla est: & eo ma gis senex: cuius uitæ tanta rapiditas est: tam inenarra bilis uelocitas: ut prius trãsacta sit quã inspecta: ut dũ uiuere non speramus: Iam uixisse cum suspitio respi ciamus: qua in reputatione subit illud ridiculum: & q dam de ætate gloriantur: & annos numerant iã amis sos. Vnde non ineleganter milesius sapiens dicenti cuidam. lx. annos habeo: hos inquit dicit. lx. te habe re quos non habes. & enim præteriti dies non magis in nostro mancipatu sunt quam futuri.

Præterea quemadmodum ex amphora: sic ex uita qđ sincerissimum est primo effluit: quod turbidum fe culentumq; in imo subsidit.

Septẽ homini ætates a numero erraticaꝝ stellarũ Philosophi diligẽtiores assignãt: & Hippocrates me dicus in septẽ gradus ætatũ distribuit uitæ unius cu iusq; finem. prima ætas lunarẽ sequitur ptãtem: tunc enim secundũ uegetalẽ alentẽq; uiuimus facultatem. Secunda mercurialẽ: qñ litterarũ cytharæq;: & palæ stræ similiũq; ludoꝝ studium exercemus: Tertia uene riam: quando turgent genitalia: & ad genituram inci tamur. Quartam solarem: tunc enim regnat uigor ætatisq; perfectio properat ætasque media. Quinta Marti ancillatur: in qua opes & uictorias concupi scimus. Sexta Iouiale sidus affectatur: quæ pruden tiam & uitam actiuam ciuilẽq; desiderat. Septima ue ro quæ fæculenta est ætas & frigida Saturnum habet

A

ducē: in qua a generatione desistimus: quæ uitæ meta nouissima est. Sunt autē hæc curricula septena tam breui spacio terminata ut hō cū ad metam septimam puenerit: in primo adhuc stadio esse se credāt: ut prius cursum peregat: quam ad cursuram succinctus acces serit. Deniq; ut prius mori se sentiat: quā uiuere ichoā uerit: audite quo rē deducā: Si annus ille uetus est an nus quē magnū: uel potius maximum uocant: quo eadē positio cæli siderūq; cursus existit: qui hoȝ quos nos uocamus annoȝ milia aliquot cōplectit̄ homo: nemo quātū uis ānosus & senex dimidiatū uitæ men sem uixisse existimabit̄: & ita nullus annus nullus mē sis in æuo hominis: uel diuturno numerabitur.

Quidā olī ex numero philosophorū librū condi dit: quo docebat quēadmodū hoīes nō senescerēt: & iuuēta ppetua iugiter fruerētur. uellē nobis aliquid ex eo medicamēto ppinari: quo nullū foret preciosius si usquā repiret̄. Sed cū nusquā repiat̄: nihil illo fabulo si9. Meritoq; Galēus ī libro περι του μαρασμου. i. de tabe Philosophum illum tāti mūeris pmissorē: ut ridi culum nugatoriumq; deridet: atq; subsanat: q de hōi bus nō senescēdis disciplinā pfessus tn̄ ipse cōsenue rit similis a Democrito promissa uanitas de corpori bus hominum reuiuiscendis qui nō reuixit ipse.

Ergo hō cum bulla sit eoq; magis senex immorta lia ne speremus: cū nihil sit mortalitate nostra morta lius. ne spiremus superbiam cum nihil sit nostra fra gilitate fragilius. Singulos dies singulas uitas pute

mus. euntes cubitũ dicamus uixi. & quẽ dederat cur-
ſum fortuna peregi: ille enim beatus degit: cui licet in
diem dixiſſe uixi. quiſquis dixit uixi: quotidie ad lu-
crum ſurgit. Sit mens noſtra haud quaquã de craſtio
ſollicita: nam qui pendet ex craſtino ꝑdit hodiernũ.
Tu quãcunqꝫ deus tibi fortunauerit horam: Grata ſu-
me manu. nec dulcia differ ĩ ãnum: Viue memor quã
ſis æui breuis. Deniqꝫ ſimus memores illius oraculi fa
migerati: quod ĩquit. γνῶθι σεαυτόν cognoſcete ipm.
Quod quã late pateat quã multiformiter interprete
tur anno proximo ſcite opinor copioſeqꝫ differui. Ita
qꝫ cludamus prouerbialem hãc: ꝙ homo bulla eſt: diſ
putationem cũ Plinio dicẽtes. Is demum profecto ui
tã æqua lãce penſitabit: qui ſemper fragilitatis huma
næ memor fuerit. ſed iã tẽpeſtiuum ẽ: ut exequamur
reliqua propoſiti: & prouerbia prout cœpimus mora
li ſucculentaqꝫ explanatione penſitemus. Vos ut ce-
piſtis attendite: ſuccinctior enim breuiorqꝫ in ſingu-
lis deinceps ero. ut ſiquid nauſeæ ex primi prolyxita
te collegiſtis: id reliquorum breuitate diſcutiam.

Paroimia græcorum eſt γόνυ κνήμης ἔγγιον. ideſt
genu crure ꝓpius eſt. dicitur autẽ de his qui ſe ipſos
magis quã amicos diligunt: cui cõſimile eſt illud apd
noſtros uetus uerbum: omnes ſibi eſſe melius mal-
le quã alteri. & illud: egomet ſum proximus mihi. cõſi
milis quoqꝫ eſt illa prouerbialis plautina ſententia:
tunica pallio propior eſt.

Narrãt græci quẽdam cum uideret fratrẽ: & frater

num hoc est fratris filium bello oppressos periclitari: ꝓtexisse ex duobus fratrē: dixisseq; hoc prouerbium γονυ κρημησ εγγιον. i. genu crure est propinquius: tā quā frater potius iuuandus fuerit: quā fratris fili9: cui9 proximitas & gradus est actior. Docemur autē hoc
A adagio: ut in nobis sit caritas ordinata: sicuti ecclesiastica documenta præcipiunt: ne ordine præpostero posteriores prioribus anteponamus. In plurimis aūt ut inquit scitissime Origenes in cātici omeliis charitas inordinata conspicitur. Qui quod ī primo loco diligere debēt: diligunt in secundo. Quod in secūdo diligunt ī primo. & quod oportet amare quarto amant tertio. & rursus tertiū in quarto: & sic in plerisq; ordo est in amore præposter9: atq; cōfusus. Vnde fit ut aliquando pallium tunica. & crus genu sit propius.

Lex naturæ deposcit: ut secundum nos diligamus parētes dei filios: mox domesticos nostros: ꝓpior ē colligatio īteriorq; societas cū ciuib9 quā cū externis hinc illud exēplū dignū memoratu. Alcamenes atheniensis & Agoracritus parius in scalpendo marmore significes clarissimi: phidiæq; discipuli inter se ambo certauere in signo ueneris faciēdo: uicitq; alcamenes suffragiis atheniēsiū: quā cōtra pegrinū ciui suo suffragati sunt ueluti cōcinentes: Tunica pallio ꝓpior est. nec tunicæ nec palli ueram rationem habeamus.

Natura rerū parens induit nobis īoleuitq; in ipsis stati principiis quibus nati sumus: amorem nosti & charitatē ita prorsus: ut nihil quicquā esset chari9 pē

siusq; nobis quã nosmet ipsi: ut quisq; in se ipso suisq; reb9 puerbiũ comprobet. γονυ κρημνησ εγγίον genu crure proximius.

Interdum tamẽ usu uenit: ut nimio nostri amore & ut græci dicunt philautia peccemus: quæ ueluti occæcatos reddit: & a recta semita trãsuersos trudit: ut uitia nostra excusare malimus quã excutere: ut dum illud pertinaciter asserimus Tunica pallio ꝓpior est: nec tunicæ nec pallii ueram rationem habeamus.

Ex hac nimirum philautia fit: ut unusquisq; se primum eius artis: quam profitetur artificem iactitet: ut sese inter summi subsellii uiros ostentet: in secundis tertiisq; consistere erubescens. hoc agitedum exemplis illustribus nec inuulgatis ostendatur.

Xerxes ille potentissimus persaꝝ rex. qui ut oẽs nouere maria inambulabat: terras nauigabat: cuius copiis militaribus flumina non suffecere: cuius classibus angusta fuerunt maria: qui multitudine sagittarũ cælũ obũbrabat: idicto bello terribiliter græcos iuasit. Sed sicut ĩtroit9 in græciã fuit formidãdus: Ita exitus erubescẽdus. siquidẽ nauali apud salaminã prælio ꝓfligatus fugitiuo similis e græcia turpiter aufugit.

Græci post partam inclytam uictoriã: & prædam hostilem dispartitã ad isthmum nauigauere: daturi præcipuum præmium græcoꝝ meritissimo: qui ĩ hoc bello præclarissime rẽ gessisset. Itaq; iussi duces sunt suã quisq; sentẽtiam scriptam deferre in arã neptuni: quẽnã ex oĩbus primũ: & quẽ secundum iudicarent.

A

A Ecce tibi philautia: ecce tunica pallio ꝓpior. Quisq; se primũ scripsit sese illum qui præstantissimus oĩum extitisset existimãs: Secundas uero partes ferme oẽs dedere themistocli: ex quo is primus recte iudicatus est: qui cæterorum iudicio secundus habebatur.

Cõsimilis philautia: & nimius sui amor apparuit ĩ illis quoq; laudatissimis artificibus: qui uenientes in certamẽ: fecerũt ex ære amzonas: quæ cum in templo ephesiæ dianæ dicarent: placuit eligi ꝓbatissimam ipsoꝝ artificũ qui præsentes erãt iudicio: Quisq; suã primã iudicauit: cũ oẽs secũdam a sua amazonem Polycleti iudicassent. Itaq; illa cunctis prælata est: & prima merito habita: quæ oĩum iudicio secũdas obtinebat: Iccirco illi castigatione censoria digni uident: qui se ipsos maxime amãt. qui græco uocabulo φιλαυτοι. i. sui amatores appellantur. Sit equidem in beneficiis dandis tunica pallio propior: sit & genu crure proximius: ut scilicet in amicum magis quã ignotum beneficissimus: ut domesticum: ut necessarium: ut familiarẽ extrariis anteponamus: ut nostris priusquã alienis opitulemur. hæc est ordinata charitas: hic ordo diligendi Sed sæpe multa interueniunt propter quæ magis peregrinus quam ciuis: extrarius quã domesticus sit fouendus subleuandusq;. Qd nisi feceris male audies: ĩ famiaq; pulsaberis. Apud maiores hoc obseruatũ est: ut in opera dãda officioq; faciũdo hospites cognatis affinibusq; anteponerentur essentq; potiores.

Et sane Romani quorum exemplis latina micat hi

storia:tãtope alienigenas fouerũt:ut pegrini Romæ regnauerint:ut claudia gens ex sabinis ĩ patricios co optata sit ut Portii tusculo: eorum cani camerio in se natum asciti sint:ut Cor. Balbus maior: hó externus & in extremo oceano genitus. hoc est gaditanus ad fastigium consulat9 aspirauit: deniq; ut iuridicũ magi stratum romæ esse uoluerint:qui ius diceret peculiari ter pegrinis. uñ & pegrinus ptor nuncupatus.

Itaq; decet uirũ prudẽtẽ solerter cuncta perpẽder & puerbii meminisse:Quatenus res: ratioq; pmiserit. Alioqui si dixeris:tũica pallio ppior ẽ: ita retaxari po teris. Nec palliũ:nec tunica quid sit:satis probe nosti.

Aristoteles in. ix. Aethicorꝝ meminit huiusce pro uerbii græci. γονυ κρημησ εγγιον memorat & illa. ισο τησ φιλοτεσ. idest æqualitas amicitia: & μια ψυχο aĩa una. & φιλαν πάντα κοινα amicorum omnia commu nia. ostendens hæc uniuersa competere ad eum qui maxime sibi est amicus. & q; se ipsum maxime ama re oportet. Q uod totum discerniculo Philosophi co diiudicat: & philosophica grauitate perpẽdit:hoc modo. Bonum ĩquit uirũ oportet. φιλαυτον εἶναι. i. sui esse amatorem. Nam & sibi ipse & cæteris prode rit agendo honesta. prauum autem non oportet: nã q; & sibi nocebit: & propinquis affectus prauos se ctando. Demus ergo operam ut boni simus: ut & nobis & cæteris pdesse possim9:ut φιλαυτοι idest no strimet amatores cũ laude dicamur. Deniq; ut possi m9 decenter dicere & códucẽter. γονυ κρημησ εγγιον

A genu crure ꝓpinquius: & tunica pallio propior est.

Paroimia apud Græcos iclyta est. νομοσ και χωρα idest lex & Regio: qua significatur ꝙ non oib9 unus est uiuendi mos: non lex non cultus: Sed singulas nationes propriis uti legibus: & singulis gentibus suos esse ritus peculiariaqꝫ instituta. unde ius ciuile uocat̃ iure consultis ius proprium cuiusqꝫ ciuitatis: quæ & iura municipalia dicuntur: uerꝝ cum uarietas abstergeat aurium fastidium: sitqꝫ: ut camenæ græcæ canũt: omnium iucũdissima: hac utemur uarias capitulatim memorantes priscarum nationum leges & ritus.

Gordioꝝ populoꝝ lex est: ut regẽ eligãt eũ q sit ipsorum pinguissimus habitissimusqꝫ. Vbi strigosus & macer d regno nõ cogitat. Syrracei Regẽ faciũt procerissimũ grãdissimũqꝫ. Vbi pomilionibus & pygmeis nulla aspirãdi ad regiũ fastigiũ spes. Carthaginenses imperatorẽ eligũt non secundum nobilitatem sed secundũ uirtutẽ. Vbi stẽmata imaginesqꝫ fumosæ nil prosunt nobili ignauo & inerti. Idẽ pueros patricios ingenuosqꝫ Saturno imolant: uñ fit ut apud illos malis celebs eẽ quã maritus: orbus quã pater: hanc legẽ tetram: & inhumanæ crudelitatis plenã signat Silius his uersibus: Mos fuit in populis quos cõdidit aduena Dido Poscere cæde deos ueniam: ac flagrantib9 aris infandum dictu paruos imponere natos.

Persæ Inter uina magnis de rebus consultãt: quas firmiores putant quã quæ in sobrietate tractant̃: Vbi hydropotæ idest aquæ potores ut mali consiliatores

exploduntur. Vbi consiliariis abstemiis: & inuinis nõ est locus. Item reges ut deos uenerantur: ea adoratione quæ προσκυνησισ uocatur. Apud eosdẽ filius ante quinquenium in conspectum patris non uenit more probatissimo: siquidem decedens inter educationẽ ætate illa ĩfantili: nullum uel minimũ affert patris mœrorem tristiciãq;. Consimilis quoq; gallorum mos: q suos liberos nisi cum adoleuissent palam ad se adire non patiebantur: filiũq; in puerili ætate in publico in conspectu patris assistere turpe ducebant. Apud eosdem pro uictimis homines ĩmolabantur.

Apud pthos plures uxores uni uiro maritentur. & cũ cõmodius sit: ut una duobus nupta sit: quã ut uni duæ nubãt: illi p ĩnumeras coniuges uolutantur instar gallinaceo℞ salacissimi: neq; salacitate nimia fatiscẽtes. Quibus herba illa theophrasti habenda foret. Cui9 tactu auctor ille grauis tradidit septuagesimo cõcubitu durare libidinem.

Apd̃ eosdẽ lex erat. ut filias: sorores: matres quoq; ipsas in matrimonium ducer̃ liceret. & quæ apud nos infanda sunt coniugia: apud illos legitima habebantur. quod totum ut barbaricũ ac detestabile prorsusq; ferinum sic sugillat & execratur Lentulus apud Lucanum. Num barbara uobis ẽ ignota uẽus: quæ ritu cæca ferarum Polluit innumeris leges & fœdera tædæ coniugibus: thalamiq; patent secreta nephandi inter mille nurus: epulis uesana meroque Regia non ullis exceptos legibus horret Cõcubitus tot fœmineis cõ

plexibus unũ: Non lassat nox tota marem: iacuere sorores in fratrum thalamis sacrataq; pignora matris.

A Magi quoq; qui Philosophi sunt persarũ ex ritu dirae supstitionis nascũtur ex infando matris filiiq; concubitu. Quod & Catullus ostendit illo uersu: Nã magus ex matre & gnato gignatur oportet: Si uera est persarum impia religio. apud eosdẽ fas nõ est expuere ĩ mare: lauare corpus ĩ flumine: & meiere ĩ amnicas aquas: naturã eã talibus usibus uiolari existimantes.

B Trausi: qui sũt thraciae populi habẽt luctuosa puerpia: funera laetabũda. nãq; edito puero: propinqui eũ circunsidentes cõploratione psequunt: recensentes quascũq; necesse est illi: q; uitam ingressus sit: perpeti humanas calamitates: eũ uero qui fato fũctus decesserit p lusum laeticiãq; sepeliunt referẽtes quot malis sit liberatus tãquam mors eripiat homines a malis nõ a bonis. Res haec in aedibus bentiuolorũ in ambulacro uiridarii graphice depicta ẽ Monocromateo genere picturae: cui subscriptum legitur nostrum hoc monostichon: Hi uitae erũnas deflẽt: hi funera plaudunt.

C Massagetae ĩ uta ĩ ppatulo sine pudore cõcumbũt tãquã cynicorũ dogmata pbẽt: & cratetis sectẽt exẽplũ: q ĩ porticu ĩ loco celebri. corã luce clarissima cum uxore hipparche cõcubuit: quos zeno iniecto palliastro a circũstãtis coronae obtutu defendit protexitq;.

Alani creophagi sunt hoc est carnibus alunt pane non uescẽtes: a dogmate pythagorico deuii penitus q; abhorrentes.

Ichthiophagi solis piscibus uictitant: unde & nomen: tãquã illorum sectam æmulentur: quorũ uita pisculenta est: esu carnium interdicto.

Galactopotæ lacte nutriunt: qđ & nomẽ ostẽdit.

Aegyptiorũ mos iste conuiualis memoratur: ex ligno simulacrum mortui factũ longitudine cubitali simillimũ uero circunfert unus in conuiuio: ostendẽsq; id singulis coepulonum ait: tu in hunc intuẽs ede: bibe: lude talis post mortem futurus. Quẽ ritum signat & Silius canens: ægyptia tellus corpora & a mensis exanguem haud separat umbram. A

Iidem ægyptii sed & æthiopes: & colchi circuncidunt genitalia: qđ nũc ꝓpe peculiariter iudæi obseruãt: q octauo die cultro petrino ex mosaica lege pueros circuncidunt. Iidem quolibet die saturni: hoc est singulis sabbatis feriati ociantur. Quod illudit Seneca ostendens septimam uitæ partẽ perdere iudæũ cui ut iquit Satyrographus septima quæq; fuit lux ignaua: & partem uitæ non attigit ullam.

Germanorum uita oĩs antiquitus in uenationibꝰ consistebat: omnes instrumento uenatorio instructi feras uestigabant: ita duriciei corporis firmitudiniq; studentes. Quod genus exercitationis ut uirile maxime probat Plato libro. vii. de legibus.

Possem exempla hoc genus prope infinita congerere. sed occurrendum est satietati: cum satis superq; cõstet ex antedictis uerũ esse prouerbium: quod ait: νομοσ και χωρα. lex & natio. ex quo illđ quoq; cõmo

A nemur plus in hominibus pollere leges & rit9 quã ui sideralẽ: qua mathematicis cuncta cõfieri est persuasissimũ. Nec. n. nulla positura stellaꝝ & radiatio esse pt: quæ oẽs iudæos ĩpellat ad circũcisiõem octaua die faciendã: ubicunq; nascantur. nec possibile est oẽs eundem habere horoscopũ eandemq; geniturã: sed ex ꝑscripto legis hoc fieri certum est. Sic & Christiani tincti fiunt hoc est baptizati non ex sidere natalitio: sed ex dogmatis nostri instituto.

Nec apud pthos: ac psas Magussei: sic. n. appellãtur incesta matrimonia ineuntes: habent oẽs in natiuitate Venerẽ in domo Saturni cum saturno coniunctã: quæ radiatione martis maleuola aspiciat. nec germani oẽs hñt horoscopũ in q̃rta pte leonis: nec oriente canicula nascũtur: quib9 sideribus horoscopantibus ex sideralis scientiæ placitis uenatores ꝓducunt.

Apud getulos lex est a mulieribus agros coli: Domos ædificari: oĩa odoramenta unguentaq; aspnantibus: uestes quoq; infectu coloris ꝑciosas fastidientibus. e cõtrario uiri hisce oĩbus oblectãtur cũ sint tñ bellicosissimi. nec tñ dicẽdum est fœminas oẽs getuloꝝ in Capricorno aut Aquario male affectã uenerem habuisse: nec uiros omnis in Ariete una cum marte uenere constituta natos eẽ: Quod fortes simul & delicatos efficere uiros chaldeorum siue Matematicorum decreta conclamant.

Cætera de genere hoc adeo sunt multa loquacem delassare ualent fabium. Sat nobis sit summatim ista

libasse. nec in huc diuertisse fuerit alienum pp inuulgatā assertionē: qua traditum ē: oīa q̄ agunt homīes & minutissima quæq; fieri ui siderali satiq; decreto. Nos potestati stellarum multa immo maxima tribuimus. Non inficiamur terrena cælestibus ancillari: esseq; ipsius fati necessitati obnoxios mortales. q^d & mox paulo planius liquebit. Sed & libertatē arbitrii & consuetudinē plurimum pollere ī hōibus alacriter asserimus: id quod præter cæteros sentit Apollonius Tyaneus: qui ait apud Philostratum homines naturæ legiq; seruire. Alioqui si homines nihil sua sponte nihil arbitratu suo faciāt sed ducētibus stellis & aurigātibus: nō plane homines non λογικα ζωα idest rationalia animalia: sed ludicra quædā præstigiatorum & ridenda neruis mobilia esse uidebuntur. A

Ex hoc eodē prouerbio: q^d ē γνόμος καὶ χῶρα lex & natio admonemur: pulchrum esse multas terras peragrarē: multarum nationum leges & mores īspicere. Pars sapientiæ nō minima est nouisse gentes multiiugas & gentium ritus. Sic poetæ heroas illos singulari præditos sapientia fuisse declarant: qui peregrinatores extitissent multaq; loca erroribus diuturnis peragrassent. sic ille ingeniorum fons Homerus Vlyssem præconio uirtutis extollit: qui mores hominum multorum nouit & urbes. Ex hac laude censendus est Protonotarius meus Bentiuolus: qui suscepta hierosolymaria peregrinatione: uoluit præsens oculis comtemplari loca religiosissima: quæ auribus

lite cõgruẽs dicẽte pluris est oculatꝰ testis unꝰ quã auriti decẽ. Duce religione ĩtrauit maria magnas terras obeũtia & pẽitissimas iudeæ gẽtes accessit. Hierosolyma quẽ iudeæ umblicũ tradũt ĩtroiuit: ubi tẽplũ illud Solomõis famigeratũ: & cætera monumentis historicoꝝ loca celebrata ꝓspexit: Syon ascendit: q̃ arx uel specula ĩterpretatur: ubi sepulchrũ Domini sanctitudinis & uenerationis plenũ uenerabundus salutauit: & sane sacram scripturã lucidius is ĩtuebitur: ut inquit Diuus Hieronymus: qui iudeã oculis cõtemplatus est. Sicut græcoꝝ historias magis ĩtelligũt qui uiderint athenas. Laudabile ẽ fuisse hierosolymis: & si laudabilius est hierosolymis bñ uixisse. Cõmo nefacit nos frugiferꝝ hoc ꝓuerbium γνωμοσ καὶ χωρα ut ex cõtemplatione uariarũ nationũ & moꝝ: quæ laudabilia sunt & sancta æmulabũdi sectemur: quæ culpabilia & obscena factu uitabundi repudiemus.

Paroimia græcoꝝ est τρύγονοσ λαλησερόσ turture loquacior: quæ de loquutuleis: & blacteronibus atq; in uerba prouectis hominibus dicitur: quoniam turtures nõ solũ ore: sed ẽt posterioribus membris resonare ac obstrepere credũtur. Docemur hoc ꝓuerbio salubriter & scite ne simus futiles: & immodici loquutores: ne os nostrũ scateat uerbis lapsantibus ne loquacitatis neuo deuẽustemur: cui cõsimile est alterum illud. το δωδωνάιον χαλκειον lebes dodoneus cuius meminit menãder. Fuit enĩ dodone lebes æneus supra columnam in sublimi positus: puer autem & ip-

ſe ex ære fabrefactus in altera cominus colomna cõ
ſtitutus flagellum æreum tenens flante uento lebetẽ
æneum perſæpe circũactus percutiebat: & ita diu le-
bes ille reſonabat: Vnde adagium hoc ortum eſt de
garrulis & nimium diu tinnientibus. Quod ne de
nobis merito dicatur etiam atq; etiam cauendum eſt
Natura nos tacita quadam inſtitutione formauit ad
parciloquiũ: quæ duas homini aures dedit: os unum.
ut plura uidelicet audiret quam loqueretur. in multi
loquio ut inquit Solomon in prouerbiis peccatum
non deerit. Contra ſermoni parci multis de cauſis ſa
lutare eſt: ut inquit prudentiſſime Plinius. Multi im-
pendio loquaciores ſæpenumero uoces effutiunt: q̃
mox per iugula reuertũtur. & ſæpe lubricum linguæ
trahitur ad pœnam: quãuis iureſconſulti nõ trahẽdũ
eſſe præcipiant ad legem Iuliam maieſtatis: ut inquit
ille neſcit uox miſſa reuerti. & ſimul emiſſum uolat ir-
reuocabile uerbum.

Hic laudatus Xenocrates ille Platõicus: qui cõ ma-
ledico quorundã ſermoni taciturnus intereſſet: uno
ex his querẽte cur ſolus taceret: ſcitiſſime reſpondit
quia dixiſſe me ĩquit aliquãdo pœnituit: tacuiſſe nun
quã. Græci dicunt ψυθιρον ανδρα ε βαλλεσ της οικιασ. i.
hominẽ loquacem ex ædibus tuis explodito. cui con
cinit ſymbolum illud pythagoræ hirundinẽ in do-
mo non ſuſcipiendã: quod ſignificat garulos & uer-
boſos homines ſub eodem tecto non habendos. hic
ẽ ille Pythagoras prim⁹ philoſophiæ nuncupator q

L

loquacitatem improbans diſcipulos elinguabat:nihil
A hil eos prius docens q̃ tacere. Vbi autem erant ſilen
tio eruditi:& ἐχεμυθίαν ideſt taciturnitatem bene didi
cerant:tunc uerba facere & quæ opinarentur expro-
mere poteſtas erat:ſed hoc erat primũ ſapientiæ cu-
dimentum meditari cõdiſcere.loquitari dediſcerẽ: nec
oẽs pari tẽpore elingues.ſed alius plus alius minus ta
cebat.loquaciores in quinquẽnium uelut exilio uocis
puniebantur.bonum eſt auditores optimi non nun-
quã pythagoriſſare & ἐχεμυθίαν pythagoricã ꝑdiſce-
re:idq; facere.quod meliſſium mecenatem factitaſſe
accipimus:qui ſilentium triennio ſibi imperauit.

In ſacris priſcorũ ethnicorũ:hoc eſt gẽtiliũ ſilentiũ
tãquã ſalutare ꝑcipitur:ĩ quibus notiſſimum eſt illud
uerbũ:fauete linguis:quo ſilẽtium ĩperatur:ut rite per
agi poſſit ſacrũ nulla uoce mala obſtrepẽte. alterum
eſt ſacrificale uerbũ minus uulgo notum ĩ eãdẽ ſnĩam
paſcito linguã hoc ẽ coerceto cõtineto taceto.Nãq;
ut ſcitiſſime refert hieronymus & in decretis canoni-
cis.Di.y.de cõſecratiõe repetitũ ẽ:uerborũ multitudi
ne nõ flectit̃ deus:qui nõ tã uerbis quã corde ẽ adorã
dus.hinc in cerimonia Romanorũ diua angerona di
gito ad os admoto ſilẽtium denũciabat.huc quoq; p
tinet Arpocrates ægyptiacæ religionis deus:qui figu
rabat̃ ore obſignato uocẽ ꝑmẽs: digitoq; ſilẽtiũ ſua
dẽs.Cum igit̃ ſilentium ſalutarẽ ſit:garrulitas ſtulta &
detrimẽtoſa caueamus ne de uobis ꝓuerbĩa duo me
rito dicãtur:τρυγόνοσ λάλησεροσ.i.turture loquacior

& λεβηδώνιον χαλκίον. Dodóæ9 lebes. Ne similes si mus mulierculis: q̄ lingulacæ sunt & largiloquæ: de q bus dictum est: nullam inuentá esse mutam in omni sæculo. & cum nihil æque fœminas ornet ac silētium qd græce dr̄ σιγῆ κόσμον φέρει ταῖς γυναιξί. Fœmīæ nostri sæculi: hec ornamenta nō norunt: cultum hunc repudiāt. & schola Pythagoræ obturata gymnasium loquacitatis aperuerūt ubi sine doctore dociles: īmo ubi omnes magistræ sunt: tam ueteranæ quam tyrū culæ. Vbi tot piter pelues & tintinabula dicas pulsari. & enim ut īquit uerissime Plautus supellex muliebris est clamor.

Nos uero decet meminisse: queādmodum natura uallū dētiū opposuit petulātiæ uerbo℞ cohercendæ. Qd Homer9 appellat ἕρκος ὀδόντων. ut ita uerba: q̄ uolātia poetæ appellāt detractis pinnis intra sepimentū hoc cohiberētur. bn̄. n. existimatū est orationē non in ore nasci debere: sed in pectore: linguāq; quibusdā quasi uinclis suffrenādam. Nam ut inquit Hesiodus. γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος. i. optimus est homini linguæ thesaurus.

Ennius ī homīe graphico absolutoq; laudat in primis līguæ parsimoniā illo uersu: Secūda loquens ī tēpore cōmodus & uerbo℞ uir paucorū Oratio flacco datū est uaticiniū: Garulus hunc qn̄ cōsumet cūq; : loquaces: si sapiat: uitet. Nos ergo ne garulorū garulitate conficiamur uitemus loquaces. & ipsi procul simus a Tersita homerico: quem ἀμετροεπῆ. i. sine fine uer

LI

ba fundentē Maximus poetaꝶ eē scribit. Tacēdum semp ē ut oli dixit Maro noster nisi cū aut taciturni tas sit obfutura aut oratio profutura. Græci canunt κρειττον σιωπαν η λαλειν αμαρτανει. & ουδεν σιωπης εστι χρησιμωτερον. idest melius ē tacere quā loqͥ indecora: nihil silentio est utilius.

Ego adeo ꝓuerbiū hoc cauendū cēseo: turture loquacior: ut suadeā potius illud alterū τεττιξ ακανθινος i. cicada acāthina: & illđ βατραχος σεριφιος idest rana A seriphia: quod de mutis dicitur & taciturnis. siquidē mutas eē ferūt minimeqꝫ canoras acāthinas cicadas & item ranas in scripho insula obmutescētes progigni. Malim equidē dici ut est ī alio græcorū ꝓuerbio κωφοτερος κιχλης. idest taciturnior turdo. quā turture loquacior: sed cū uirtus sit quædam: ut græci dicūt μετριοτης. i. mediocritas noli tamen ita seruare silētium B ut silentio pereā: id quod amyclis ferūt cōtigisse. Vnde scite lucilius. mihi necesse est loqui: nam scio amyclas tacēdo periisse. Scitū quoqꝫ est illud. Caput sine līgua pedaria sentētia est: & ut inquit Flaccus. Cū uitāt stulti uitia ī cōtraria currunt. Ego ī me cupio probari illud Oratianum. Dii bñ fecerūt inopis me qđqꝫ pusilli finxerunt animi raro & ꝑ pauca loquētis. Lingua quæ animi interpres est: ut ait Lucretius animi sensa expromat nō ineptias. Occurrat hoc ī loco fortassis auditor carus & solers: inquiens. quid tu magister: qui tantopere probas laconismon: & laudas linguæ parsimoniā tam linguax es & largiloquus: cur

quod in aliis carpis: id in te insigniter ostentas?

Audi auditor bone: loquacitatem futilē & inscitam taxamus: multiloquium carpimus: in quo nulla subiecta sentētia est: nec scientia. Sed si orator ex prōptuario litterario erudita depromit: idq; lōga facit oratiōe non tā loquax quā facūd9 est habendus: nec illa tā loquētia existimāda quā eloquētia. Ciceronis oratio ut ꝓximo utar argumēto ea dicit̄ esse optīa: quæ ē lōgissima. quid ita? Quia eloquentissim9, eruditissmus elegātissimus est. hæc aūt fandi copia: & dapsilis dicēdi ubertas cum in cæteris Tullianis uoluminibus elucet tum in orationibus est emētissima: de quibus dicere possumus id qđ de Platonis oratione phauorinus dicere solebat: si ex Cicerōis orationib9 uerbū aliquod demas mutesue: atq; id cōmodissime facias de elegātia tamen detraxeris. Nō sunt lōga quib9 nihil est qđ demere possis. & sicut arbores nihil ꝓinde ac proceritas atq; altitudo cōmendat: ita Ciceronianas orōnes nihil magis quā copia atq; ubertas exornat: quarꝝ uirtutes multiiugæ sigillati quotidiāis lectionibus explicabūtur: & sole clarius apparebit. ꝙ prouerbiū τρυγόνοσ λάλησεροσ Turture loquacior. nō cadit in Ciceronem: nec in alterum quempiam: qui fluento eruditæ ac lepidæ oratiōis iundet. sed ī eos: qui cū loqui nesciant: tacere nō possunt: qui futili garulitate diffluētes ea loquitantur: atq; deblacterant: in quibus nec pes nec caput appareat. De quibus dici potest tertiū quoq; illud freq̄ues apud græcos adagium, γραφυ νελοσ

idest anicularũ deliramenta & nugæ. Quod uitium procul absore dictis nostris scriptisq; promittimus: Quod ut in præsentia re magis quam uerbo præstẽ: cõpendiosiora percurrã. & quantum ad hoc prouerbium pertinet uerbum non amplius addam.

A Prouerbium est Platonicũ ανάγκη οὐδὲ θεοὶ μάχονται. idest aduersus necessitatem nec dii quidem pugnant: quo significatur necessitati nihil resistere: ac reluctari posse. Apud Liuiũ ait. L. lentulus parcatur necessitati: quã ne dii quidẽ superãt: Apud eundẽ inquit messius uolsus: necessitate: quæ ultimũ ac maximum telum est superiores estis. Scite & eleganter a Palladio dictum est. Necessitas feriis caret: Dixit Dionysius necessitati etiam dei cedunt: Iosippus in bello inquit nihil est necessitate pugnacius.

Necessitati Dÿ parent
Necessitate nihil ẽ pugnacius
Necessitas nõ ht legẽ

In Decretis canonicis. D. prima de consecratione. Necessitas legẽ non habet. A Valerio maximo: Necessitatis leges amarissimæ: & imperia truculentissima optio epitheto nuncupãtur. Plato & plotinus platonicus doctissime scripserunt pcas ανάγκη idest necessitas filialis esse: quæ una cum matre fusum torqueant: & in cuiusque generatione conuoluant. hinc platonicus alter non minus nobilis Apuleius noster Deum inquit ultrix necessitas semper & ubiq; comitatur. ille quoq; ter maximus: ut nomine ipso apparet: Trimegistus docet quemadmodum εἱμαρμένη. idest fatum & necessitas ambæ sibi inuicem indiuiduo connexæ sunt glutio. quarum prior εἱμαρμένη rerũ oĩum

parit initia. Necessitas uero cogit ad effectum.

Verũ cum philosophãdum sit iuxta Neoptolemũ ennianũ paucis: Iam a sublimioribus ad humiliora: a philosophicis ad historica transiliamus: quæ oppido iucundiora sunt. Et cum multa sint ueteꝝ mẽoriaꝝ documenta quibus manifestissime demonstrat necessitatẽ esse inluctabilẽ inuincibilemq́: erimus in pñtia cõtenti hoc uno exemplo: qđ præ manibus est: quod ab re. quã molior haud q̃quam est alienum: & ἀναγκη de qua loquor accõmodatissimum

Attaginus Thebanus cõuiuo magnifice lauteq́ apparato Hardoniũ ducẽ pſaꝝ: & cum eo honoratissimos pſas numero quinquaginta: totidemq́ Thebanos inuitauit. eosq́ in mensa alternos persam & thebanũ discumbere iussit. Aderat & huic cõuiuio thersander orchomenius claritudine natalium insignis: secũdum cœnã cum libero patri pentarẽt: & poculis indulgerent pſa ille: qui iuxta thersandrum recumbebat hoĩem ut fit in conuiuali hilaritate interrogat cuiatis esset. Ille respondet se orchomenium esse. Tum persa quoniam inquit tu mihi mensæ consors & conpransor es effectus: uolo tibi sententiæ meæ relinquere monumentum: ut ipse quoque præscius huius rei queas tibi consulere. cernis hos persas cum mardonio acceptos in conuiuio opipare ac magnificenter: & copias quæ in castris nostris relictæ sunt? Horum omnium paruo post tempote paucissimos cernes superstites: & interloquendum lachrymas ubertim effu

dit. Tunc thersander ea oratione attonitus ad psam inquit. non ne Mardonio hæc expedit dicere & his persis: qui secundum eum sunt i existimatiõe: ille autem subiecit uerbum dignum memoratu. O hospes inquit: quicquid ex deo fieri oportet: id homini ineuitabile est. Nam ne credibilia quidem dicentibus credere quisquam uult. hoc permulti persarum scimus: & tamen Mardonium sequimur illigati necessitate. hæc persa thersandro orchomenio denarrauit ueridicus prorsus uates. Si quidem mox paulo apud plateas prælio iusto uicti: & magna occidione occisi euidenter ostenderunt necessitatem esse ineffugibilem: & illud esse uerissimũ: quod uelut ex oraculo cecinit cleãtes: Ducunt uolentẽ fata nolẽtẽ trahunt.

Ex hac necessitatis lege: quæ impotẽtissima est factum est ut ego nõ Apuleiũ ꝑut uolebam destinaueramq;: sed. M. Tulliũ de quo nihil penitus cogitaram: cogar publice ꝓfiteri. cur hoc' dicã si potero. Dederã cõmentarios meos Apuleianos Benedicto bibliopole primi nominis eidemq; chalcographo: hoc est impressori elegãtissimo iã pridẽ imprimendos: ut opus absolutũ. hoc maxime tẽpore: quo studiorũ culturam auspicamur in publicum exiret ac promulgaret': idq; se factuꝝ ĩpressor ipse receperat. iamq; res bene succedebat: cũ ecce penuria chartæ (quis crederet) op9 hæsit inchoatũ. &. n. proxima æstate: quã torrentissimam perpessi sumus siccitate tanta laboratum est: ut chartarii officinatores chartas glutino percurrere: &

cõsequenter pagere nequiuerint. Itaq; hæc ciuitas: q̃ alioqui chartã finitimis populis affatim solet subministrare inopiam chartæ sensit cuius usu constat ĩmortalitas hoĩum. Nec hoc cuipiã mirũ uideat̃ cũ Tiberio prĩcipe sterilitatẽ chartæ Romana quoq; ciuitas senserit: factumq; sit rei tã necessariæ inopia: ut e Senatu darentur arbitri chartæ dispensandæ. alias in tumultu uita erat. Ergo igitur cum Apuleius a carceribus ad metas impressorias progredi nequiuerit ex animi nostri sententia: feci iuxta uetus uerbum illud: ut quimus aiunt: quãdo ut uolumus nõ licet & iuxta illud alterum. Si non potest fieri quod uis: id uelis q̃d possis. Dedi manus αναγκη idest necessitati. cui uelis nolis parendum est: quam ne deus quidem sup͂at. Verum memor ueteris prouerbii: quod ait gladiatorem in arena capere consilium: nec illius sententiæ oblitus: qua aiunt consilium sub manu nasci debere: e uestigio me ipsum consului nescio an bonum consiliarium: consilioq; domestico usus statim censui nihil fieri posse cõgruẽtius: nihilq; auditoribus utilius: quã ut maximo Poetarũ maximus oratorũ copularetur. Itaq; Lucio Apuleio: quem necessitas uetat. M. Tullium subdidi succedaneũ. quod sane bono consilio factum uideri potest: ut scilicet duo columina doctrinarum alter Poetarum inclytissimus: alter oratorum deus: ambo extra omnem ingenii aleam positi iuncti irent: iunctiq; enarrarẽt̃. & me hercules ĩ utroq; omnes fandi uirtutes elucescunt: de quorum laudi

bus melius ē ad præsens tacere quā pauca dicere: cū ad laudādū ꝑ merito. Virgilium & Tulliū: Virgilio & Tullio laudatorib9 op9 sit. ꝑterea ī libro Orationū mearum extāt utriusq; scriptoris luculēta præconia.

Cæterum ne parthis mendacior ut dicitur inueniar: neue dicar ut est in ueteri græcorum prouerbio κρητιζειν hoc ē cretas mendaces imitari: tantisper orationes Ciceronis enodabimus: donec impressor apuleianis interpretamētis extremā manum imposuerit. Imponetur autem continuo post solemnia domini natalicia: christianorūq; saturnalia. tūc fidē exoluam tunc nomen expunguā: & quod iam diu promisi re ipsa præstabo. erit autem hæc procrastinatio scholasticis oppido quā conducibilis. Namq; interea aliquot Ciceronis orationes explicabuntur a nobis ea diligētia: eaq; oīfaria eruditione: ut ianua laxissime reserata reliquis deinceps orōnibus oībus uideri possit: ut qui uel paucissimas audierit. cæteras sine interprete citraq; doctorem adire ipse & per se intelligere queat haud sane difficulter. Anno autem a salute domini Millesimo quīgētesimo quē iubileū nominitant: pinde ac auspicatissimo & memorando anno Apuleium fauste ac feliciter initiabimus. Et quoniam iubilei facta est mētio: nō fuerit ab re pauca quædā ad iubileū ꝑtinētia hoc potissimū loco explicare: Vos ut cœpistis quæso libētibus animis & auribus auscultate.

A Iubileus res est & dictio iudeoꝝ: apud quos quinquagesimus quilibet annus erat sacro sanctus. Nam

ut in leuitico scriptum legim9: Deus mosi qui cum fa
miliariter loquebat̃: præcepit ut ãnũ quĩqgesimum
sãctificaret: eoq; remissio daret̃ cũctis iudeæ habita
toribus. Itaq; oĩs uenditio redibat ad dominum: om
nis possessio ad pristinum possessorẽ. creditores a de
bito relaxabãtur. serui libertate donabant̃. & ob iubi
lei sanctificationẽ agri erãt feriati. ex hoc inditũ est iu
bileo nomẽ. Q đ lĩgua hebraica ut docet Iosephus ĩ
libris antiquitatum: significat libertatem. Q uidam in
ter quos est Nicolaus de lira tradunt hebraico uoca
bulo buccinã iobel nũcupari: V nde iubilei nomen in
clinatum sit: propterea ꝙ buccino tubæ & clangore:
mense septimo iubileus denunciabatur. Petronius ar
biter iubileum annum remissiuum significate auctor
est. Item eo pentateuchi libro: qui inscribitur numeri:
Iubileus interpretatur annus remissionis. Sicut ergo
apud iudeos iubileo remissio dabatur rerum corpo-
raliũ: sic nunc apud christianos indulgetur remissio:
uel ut utar uocabulo Cypriani: Remissa peccatorum
atq; noxarum. legitimus autem iubileus est quinqua
gesimo quoq; anno. qua ĩ re subit admirari iudaicam
institutionem: quæ ex contemplatu numeri septena-
rii: qui numerus est perfectissimus: iubileum obser-
uandum præcepisse uideri potest. Septem enim an-
norũ ebdomades: hoc est anni septies septeni confici
unt climatera uitæ humanæ periculosum: ut merito
post numerũ potentissimum eũdemq; in hominibus
efficacem: De quo in libello Septem sapiẽtum copio

se diserui: subsequatur annus iubileus plenus bonorum & beatitatis: quē cūcti mortales faustū fortunatumq; ac fœlicē ominātur & optāt: quo cupimus animis cor poribusq; defecatis mundi puriq; & perinde fœlices reliquum æuum posse traducere.

Sicut ergo prisci: quorum institutionibus uita nostra formatur: Calendis Ianuarii principio anni auspicabantur suas quisq; artes: & litibus super sedebant: & dulcia gustabāt: ut fœlici auspicio totus annus iret dulcis & fortunatus. ita nos anno iubilei: hoc est anno libertatis: anno remissionis: anno sanctificatiōis: anno optatissimo: ad quem mortaliū uota suspirant: auspicabimur una cū nostris cōmētariis Asinum Apuleianum uere aureum: uere bracteatum: ut aureo fœliciq; auspicatu: uita nostra fœliciter & fortunate progrediatur: ut possim deinceps cōmentando: legēdo: scribendo prodesse nepotibus: posteritatiq; consulere. & ut nos ingenii monumentis uixisse testemur.

Epilogus.

Habetis uiri clarissimi sententias populares non populari (opinor) trutina examinatas a nobis. sed morali potius & litterata statera ppensa. Habetis puerbia quorum usurpatio minime ludicra uideri debet cum his scateāt uolumīa Philosophorum: cū his nō abstineant sanctarū legū cōditores. Deniq; cū scriptores oē genus puerbiis pinde ac cōdimentis libros suos refercia nt: quorum hodierna explicatio & si iā quadam tenus lectionibus nostris accōmodata est: nunc maxi-

trutina
statera

me adglutinetur & cohærenter adhærescat.

Vulgares sententiæ sunt ꝓuerbia. Vulgares scriptores sunt Virgilius & Cicero. Quid enim magis in ore uulgi est: quid usu populari magis detritũ? Docti indoctiq;, urbani, & rustici: opifices omnes: pueri, mulierculæ Virgilium Ciceronemq; nouere. nihil uulgare magis. uterq; quotidie excutitur: quotidie comprobatur. & cum ex illo ꝓuerbiali uerbo: quot capita tot sententiæ fiãt: ut scriptor qui uni placet: alteri displiceat. quod unus & alter probant: plusculi improbent: in Virgilio Ciceroneq; probando conspirant omnes tam amusoteri, quam litterati. Nec tam pedibus quã animis uadunt in eandem sententiam laudationis; Iamq; utrique sibi hoc laudis prope peculiariter uendicauerunt: ut appellatione Oratoris. M. Tullius. Appellatione poetæ Virgilius significentur: quorum duorum uirtus non indiga ullius præconii amplius est: Tanta claritas superfluit. Prouerbiorũ doctrina seria est & frugifera ut docuimus: & medulla succosior. Marõis. & M. Tullii doctrina quã seria quã frugifera sit & medulla succosa: qui nescit: nihil prorsus scit: qui ignorat: nihil non ignorat: qui duo scriptores quanto magis leguntur: tanto magis legendi sunt: quorum lectio pueris necessaria: iuuenibus utilis: senibus periucunda. deniq; illi se profecisse sciant. quibus Cicero & Virgilius ualde placuerint: qui haud dubie ostendunt uerum esse prouerbium illud. πολλοὶ μαθηταὶ κρίττονες διδασκόλων. Multi di-

polli mathite crittones didascalon

Quid proverbium. / Vulgaris scriptor / Quot capita tot sententie / Amusoteri viri. / Virgilij et Ciceronis laus.

scipuli meliores præceptoribus. Nã q̄ maro: & Cicero longe doctiores doctoribus suis fuer int: nemo unquã homo dubitauit: cũ doctrina illorũ: & noĩa ĩ uulgus ignota sint: aut p̄ discipulos cognita: Grãmatici tradunt Sironem epicureũ fuisse Virgilii p̄ceptoré. nõ ne hic inglorius ignobilisq̄ est: cum discipulus sit gloriosissimus inclytissimusq̄? M. Tullius p̄in de ac gratus discipulus hanc gratiam suis magistris rependit: q̄ eos laudabiliter celebrat: & honorifica nuncupatione p̄censet. In tantum dissimilis istis: qui præceptores suos non solum parentis loco non habent: ut p̄cipitur: sed eos clanculo in angulis uellicant: conuiciisq̄ p̄scindunt ac obtrectant. Ita gloriã in discipuli spe rantes: si doctoribus derogauerint: ueræ prorsus laudis expertes. nam qui obtrectatione præceptoris famã aucupatur. infamiã inuenit: & in omni proborum cœtu exibilatur: exploditur ut improbus: formidatur ut uipera: fitq̄ odium publicũ: non secus quã qui paré tibus maledixerit. &. n. p̄ceptor animorũ parés ac formator est: qué nisi oĩ uerboꝝ honore p̄sequamur: nisi ubiq̄ locoꝝ ubiq̄ hoĩum honorifica mentione di laudemus: impii: nefarii: scelerati meremur nuncupari. Quanto magis ingenue & sancte & officiose agit. M. Tullius noster: qui nominatim magistros suos celebrat: uidelicet in arte oratoria Menippum stratonicensem tota asia illis temporibus disertissimum: & Dionysium magnetem: Xenoclem adramytenum. Cũ primis uero memorat Apollonium Molonem

Virgilii p̄ceptor Sirro Epicureus

A

Nã qui obtrectatioe p̄cep toris fama aucupat̃ is infamiã inuenit

M. T. Ciceronis magistri ĩ q̃libȝ scien tia

rhodiū clarissimū tūc dicēdi magistrum:in dialectica
Diodorū stoicū: In philosophia Philonem & Antio
chum:quos omnis fama obscura recondidisset:& ue
tustas oblitterasset:nisi discipuli gratissimi monumē
ta illorum noīa perire non sinerent. Qui fuit tāto ma
ior doctoribus:quāto maius ē dare lumē,quā accipe̅,
& sane fuit necessariū:ut discipuli meliores magistris
existerent: alioqui ingenuæ disciplinæ oēs iam deco
xissent:Iā ad nihilum artes fere oēs rediissēt: quas cer
nimus ad summū fastigiū peruenisse:dum proficienti
bus ingeniis prouerbium hoc quottidie comprobat̄
πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων multi discipu
li meliores præceptoribus. Ego quantum ad me atti
net connixus sum pro uiribus dies noctes icudē hāc
litterariam tūdendo:ne p̄ceptore meo Frācisco puteo
lano hoīe (ut tunc tempora ferebant) eloquentissimo
eruditissimoq; deterior:neue minor existerem. An id
assecutus sim alioꝝ sit iudicium. in hoc haud dubie
laudandus:q̄ ausus sum: q̄ uolui: q̄ ualui decertare
cum illo:ea uidelicet contētione:q̄ honestissima ē. In
qua uincere & uinci p̄ æque pulchrū atq; magnificū
est. nā ut inquit ille in magnis & uoluisse sat est. Ad
hoc pulcherrimum certamen uos omnis prouoco:
ut ita mecum decertetis:sicut ego feci cum magistro
meo Francisco puteolano:quē honoris & amoris cā
nomino:quem omnimodis laudibus celebro:qui lit
teras litteratas senio pene intermortuas & situ squa
lētes:ad lucē nitorēq; cūprimis reuocauit. cui accep

Beroaldj p̄ceptor
frn̄co puteolanj

tũ refero quicquid eſt in me doctrinarũ.eam illi mer
cedem liberaliter rependens:quam mandraytus tha
leti pulcherrimam perſoluit.& ſane ex ludo præce-
ptoris mei tãquã ex equo troiano ĩnumeri pene litte-
rati exiliere:qui ad ſerias mox doctrinas & quæſtuo
ſiora ſtudia ſeſe laudabiliter contulerunt. Ego uero
ſectam doctoris (nec penitet) fauorabiliter ſectat9
ſum:& una mecum decus meum Minus Roſcius:
quo mihi homo nemo amicior eſt:quem nobilium
eruditiſſimum:eruditorum nobiliſſimum appellare
merito conſueui:qui in hac politiori litteratura tan-
tum profecit:tamque eſt emunctus & terſus:ut meũ
eſſe condiſcipulum:ſymmyſten:conſectaneum poſ-
ſis agnoſcere. Cæterum ut domum repedamus:cu-
pio & opto a uobis in hac pugna litteraria ſuperari:
in qua diſcipuli uictoria ad gloriam redundat magi-
ſtri ſuperari.& enim laus eſt præceptoris diſcipuli ꝓ
fectus:Ita mecum contendite:ut Virgilius:&.M.
Tullius cum ſuis præceptoribus contenderunt:quos
pulcherrimo in certamine uictos plauſibiliter præ-
terierunt. Planiſſime oſtendentes ueriſſimum eſſe
hoc prouerbiũ. πολλοι μαθηται κρι τονεσ διδασκα
λων multi diſcipuli præceptorib9 meliores. Pulcherri
ma poſſeſſio homini doctrina eſt:ut muſæ Græ-
corũ teſtantur:canentes καλλιςον εςιν κτ μαται διά
βροτοισ compotes uos huiuſce tam precioſæ poſ
ſeſſionis facient. M.Cicero:& Virgilius Eloquen-
tia in hæreditate mortalibus relicta. Quorum uolu

mina sunt prato simillima. Nam sicuti in eodem prato bos herbam quærit: canis leporem: ciconia lacertam: uillica fungos: uirguncula flores. Ita grammaticus: Poeta: Orator: philosophaster suis quisque studiis aptissima colligent ex Ciceronis Maronisq; penoribus. Quorum pabulum est citra fastidium. eoq; ingenia maxime puerilia ac iuuenilia sunt saginanda. & cum alios dulcia: alios salsa: alios austera: alios subamara delectent. Ciceroniana fercula & Maroniana mire faciunt ad palatum omnium & stomachũ. Nos uero instar archimagiri pulmẽtaria Ciceronis & Maronis per se esculenta cõdimentis quoq; nostris esculentiora facere tẽtabimus. & cum similido fastidii mĩsit: ea cõditurarũ uarietate cõdiemus: ut succũ scitissimi saporis lõgeq; noto dissimilẽ: gustãtib9 uobis edulia Tulliana & Maroniana habere uideantur.

Q đ reliquũ est uobis gratias ago & habeo multiiugas: qui me audiuistis non ut pharmacopolã. Sed auscultastis diligenter & libenter: ut oratorẽ. & ut oratio prouerbialis a ꝓuerbio ĩchoata prouerbio quoq; terminetur. uellẽ: ut adagiũ est græcorũ ἀντιπελαργεῖν idest gratiã rependere posse. q đ illi usurpant de his qui gratiã beniuole reponũt. πελαργοὶ enĩ .i. ciconiæ senescẽtes parentes educare: eosq; senio lassescẽtes ac alarum remigio defectos subleuare humeris: ac succollare dicuntur. Vnde ciconia auis pia uocatur. & Antipelargosis remuneratio retributioque beneficiorum nominatur. indeq; ortum est prouerbiũ hoc

Ciconia auis pia

αντι πελαργειν: quod beneficium retribuere & gratiã referre significat: Cuius enarratio in calce orationis hodiernæ sit uobis pro gratiarum actione: & huiusce officii scholastici remuneratione.

Orationis prouerbialis. FINIS.

Ad Venerabilem & eruditum Sigismũdum Gossingerum Ecclesiæ Vuratislauiensis Canonicum Philippi Beroaldi bononiensis Epistola.

Sciti elegãtisq̧ cõuiuatoris ẽ nõ tã appatu ferculoꝝ ĩstruer̃: quã lepiditate fabulatoꝝ hilarare cõuiuiũ. Quæstiões autẽ cõuiuales ẽ debẽt neq̧ nodosæ neq̧ austeræ: sed iucũdã & inuitabiles super rebus ad cõmunem usum uitæ pertinentib9 cum quadam facilitatis illecebra. Quibus ingenia cõuiuaꝝ uenustiora fiant: Et quodam quasi incitabulo foueantur: quod sane genus ueteres adeo ꝓbarunt: ut de cõuiualibus quæstionibus Aristoteles: Et Plutarchus & Apuleius noster uolumina conscripserint: ut Asellius sabinus dialogum festiuissimum condiderit in quo Boleti & ficedulæ & ostreæ & turdi sup prĩcipatu Ganæ certamen inducitur. Ex hoc genere ludicrarum quæstionum nimirum illa tua est Sigismũde mi amabilissime quam mihi dissoluendam proposuisti. Scribis enim ad me in epistola eloquenter eleganterq̧ conscripta ortam esse apud te ĩter coepu

lones atq; cópransores tuos: Ludicram. & uere con-
uiualem disputationé: uidelicet quis fœdior nequior
ue sit habẽd9 meretricarius: an Aleator: an temulẽt9.
quid deniq; ex his tribus uitiis sit culpatissimum. Có-
sulis me. adhibes preces ut libello tibi explicé: quid su
per hac re sentiam: Et táquá honorarius arbiter cótro
uersiam hác ipse diiudicé. Ego qui libentissime moré
gero id genus hominibus quibus dare beneficium
est accipere: sumpto calamo hanc ioculatoriá dispu-
tationem explicaui stilo declamatorio: planeq; scho
lastico. Jta enim credidi rem planius lucidius manife
stius liquere posse si hoc charactere explicaretur. Cæ
terum quia socraticum est & academicum nihil affir-
mare: ego nihil decerno ut dogmatistes: uerum ut
opinator. Jd opinor & probo qđ in ultimo positũ le-
ges. Sic uarro: sic cæteri in extremo collocát qđ maxi
me probant. Et cũ suum cuiq; iudicium sua sententia
sit: sequatur unusquisq; qđ maxime ꝓbabile existima
bit. Ego uero quicquid idest libelli tibi nuncupatim
Dono dicoq; Sigismunde Gossinger ñon min9 erudi
tióe & nobilitate quá religione móstrabilis: qui ut elo
quentiæ cultum: sine qua homo totus incultus: ca-
peres: ut ingenuas disciplinas haurires: ut barbariem
exueres: uenisti non pridem in italiam: fuisti: Romæ
aliquot annos uigilátissimus Romanæ academiæ cul
tor. Vbi eloquentia latialis nata educataque est: un
de tu suffarcinatus auro & argẽto hoc est eloquio &
doctrina i patriá remigrasti nó solum Canonicatu di

gnissimis sed & episcopatu. Vbi studia humanitatis repastinãs indies cultior doctior honoratior existis. Gaudeo qd cõmentarios meos cũprimis probas: & quæcũq ex incude nra litteratoria formata causaque circũferuntur: habes continẽter in manibus. Quæ cũ tu cum pleriq oẽs tui similes probẽt: idq mihi p epistolas quotidie significent: facile adducor ut credam non esse inuenustissima: & ut græce dicit amusotara: quæ tantorum uirorũ iudicio cõprobantur: Nec enim credibile est tam multos aut assentari: aut falli. Itaq mihi blãdior & hoc inuitamẽto illectus cõmentarios Apuleianos subcisiuis temporibus procudo. Texitur opus sane luculẽter: & intra duos ad summum sesqui menses absoluti edolati impressi in publicum progredientur. Quorũ tu quoq fies particeps: Interim accipe libellũ hunc: quẽ expetisti: Ioculatoria disputatiõe festiuũ: lepidula eruditione inuitabilẽ: declamatorio stilo contextũ quẽ suadeo aut super cœnam legas: aut post cœnam: sic enim opinor faciet ad stomachũ. Cũ matutino & sobrio seria atq austera cõueniant: quicquid idest læt9 cape: & libellũ hilaritudinis plenũ hilari fronte suscipito. Vale: & amicitiam cole.

Argumentum.

p Ater qui tres filios hẽbat unũ scortatorẽ: alterum Aleatorem: tertium Ebriosum: moriens in testemento ita scripsit. Ex filiis meis turpior uitiosiorq ex hæres esto post mortem patris cõtendunt fratres quis nam exhæredatus esse dicatur.

res agitur apud iudices per quandam quasi Anticategoriã hoc est mutuam accusationem: quam quidã cõcertatiuã nũcupant: in plerisq; controuersiis prisci declamatores uti cõsueuerunt psona aduocati propter aliquã ipsius quã causam dicit deformitatẽ & uitii turpitudinẽ. Hic quãquã personæ fratrũ inhonestæ sint & turpes ut illis ꝓ se loqui nefas esse debuerit: Ego tamen existimaui totam causam planius explicari & uehemẽtius agi posse: si ipsi semet mutuis criminationibus pulsarent: quã si p aduocatum res ageret: primas partes Ebrioso dedi: ut contra duos unus dicat: ut mox unus a duobus retaxetur: Conditio huiusce causæ illa est: ut pro sua quisq; salute sollicitus nihil de ꝓximo cogitet. Lector attende. Letaberis.

Ebriosus contra Scortatorem & Aleatorem.

n On ignoro Iudices quanto onere causa nostra prematur. Ex hoc parentis elogio. Propter quod fit ut sordes nostræ inuulgentur: ut probra nostra in propatulo conspiciantur. Et quod maxime cauendum fuerat ut accusatione mutua frater iuehi cogatur in fratres. Sed qui semel labe uitiositatis infectus sequestrato pudore frontem perfricuit: qui famæ contemptor est: non tam infamiam ueretur quam famem timet: Creditq; prouerbio græco clamitanti miserrimuum esse fame mori: & quod parasitus ille plautinus dixit: putat esse uerissimum: miserrimus est: qui cum esse cupit quod edat non habet. Proinde iudices ne ego esuritione tabescam: si

Miserrimu est fame mori

exhæredatus a patre sentētia uestra pronūcier: ne inter medicos sedens manum ad stipem porrigere cogar: agam hodierno die causam meā aduersus duos fratres: & potentissimis argumentis demonstrabo uel alterutrum uel utrunq̧ nimirum esse quē pater exhæredatum esse uoluerit. Quanuis mihi satis superq̧ esse debuisset ad exhæredationē effugiendā uos edocuisse alterum ex fratribus esse quā me sordidiorē perditiorē que: Verum ut res magis colliquescat separatim atq̧ diuisim utrunq̧ incessere mihi in animo est: ut post explicatas unius sordes: alterius quoq̧ maculosam uitam insectanter inuadam: Quamquam non me p̄terit quā sanctū sit nomē fraternitatis: quā arcta fratrū coniunctio: quā frater diligendus ut pote quasi fere alter dictus: Sed mihi nō tam fraternitas hoc tēpore colenda est quā mendicitas cauenda. Verū ē pfecto illud uerbū uetus: omnes sibi melius esse malle: quam alteri: quisque sibi proxim9 est, & tunica pallio ꝓpior. Cæterū ne lōgiore quā par sit exordio uos morer: Iam controuersiam ipsam ex testamento paterno deriuatam quæso dispicite. Iubet pater eum ex nobis exhæredatū esse qui sit uitiosior. Quis non intelligit? quis nō uidet siue uerba siue uoluntatem scriptoris intueri libeat scortatorem designari: quo uitiosior nullus existit: Testamentum potentissimū est: Vltima defuncti uoluntas rata esse debet. hæc nobis spectanda est. ad hanc perinde ac scopon sn̄ia uestra dirigenda. Ait pater uitiosior ex filiis exhæres esto. Scio me bi-

Quanta frater.

bacē esse & uini cupidissimū. Sed hoc si uitiū est lō-
ge ꝑfecto minus est q̄ fraterna scortatio labesq; me-
retricaria. Nā ut pri9 cū amatore meritricis agā: q̄d
pōt fœdi9 esse: quid uiciosius: quā amore meretriculæ
turpissimo torqueri & insanire: inter scorta non tam
degere quā delitescere: Vbi patrimōii famæq; dispē-
diū fiat: ubi ex libero seruus euadas: sisq; seruituti in-
dignissimæ mancipatus. oīs seruitus hōi īgenuo & li-
beraliter educato ītolerāda ē: ille uero ultroneā subit
seruitutē: & eā quidē īdignissimā q̄ meretricariis pedi-
cis īplicat: cui mulier impat: cui leges īpōit ꝓscribit iu-
bet: qui nihil īpanti negare pōt: nihil audet recusare.
poscit: dādū ē: uocat: ueniēdū. eiicit: abeūdū. mīat: ex-
timescēdū. Duo ante oīa sunt: quæ mortales magni-
pendunt fama & opes. Quid. n. per deos īmortales
mortalibus contingere potest illustrius quā nominis
splēdor quā fama quā gloria: Cuius cā tot erumnæ:
tot sudores: tot uigiliæ ultro subeuntur ac tolerātur:
ut nō īmerito cecinerit Valerius Flaccus: tu sola ani-
mos mentemq; peruris gloria: Vt uerissimū sit illud
Solomonis meli9 est nomē bonum quā diuitiæ mul-
tæ. præterea quid utilius: quid dulcius: quid beatius
quā opulentum patrimonium: quā diuitiæ luculētæ:
Quarum causa impiger extremos currit mercator
ad indos: propter quas uita mortalium facta ē labo-
riosa: & irrequieta. sunt pleriq; qui mortem potiorem
quā egestatē putēt: quibus intolerabilis uideatur nu-
da illa uita & omnibus quibuscunq; antea habunda-

uerint destituta. Apud nabatheos qui opes imminuit publice mulctatur: qui auget honore afficitur. Quas tã græci quã barbari cũ tertiũ locũ bonorũ tenere debeant: primo tamen in loco collocant: ut auctor est Plato. Atqui utriusq; huiusce boni iacturã facit meretricarius. Namq; amationes meretriciæ grande ferunt una cum damno dedecus: infamiam afferunt opes auferunt. Male consulit & rei & famæ mulierarius amator. Quibus homini detractis nihil plane erit illo despectius: nihil notatius. Itaque amator despectissimus notatissimusq; est habendus: qui scorto honestũ officium postponens: qui ĩ gurgustio delitescens assiduis pulsatur ĩfamiis / patrimonii decoctor: mendicitatis infamissimæ coagulum. Bonã deperdere famã / rem patris oblimare malum est ubicũque ut inquit satyrograph9. Amator / ut plautinus seruus festiuiter enarrat. bona sua ꝑ stercore habet: foras iubet ferri: domi quicquid habet / perdit: qñ quidẽ ipse perditus est. Meretrices ut dicuntur ita profecto sunt procaces. nullus est finis poscendi: nullus dandi: ut amatoris libido rediuiua resurgit / estq; inexplebilis: sic meretricis est inexaturabilis procacitas. Et cum hodie aliquid dederis: hodie quoq; aliud dandum est. Et cum scorti precium unus sit panis / si Solomoni credimus / Argentariam salutem ab Amasio quotidianam deposcit: Exenteratq; quotidianis ictibus marsupium. Meretrix tantisper blanditur dum illud / qđ rapiat / uidet: Amator quã diu habet / qđ det

tã diu illi Arrident edes meretriciæ & patent fores. Vbi despoliatus inopia argẽtaria laborat: foras extruditur. Nõ ne comedia humanæ uitæ speculũ est? atqui apud comicos poetas tota ẽ meretricarii amoris insectatio. Adolescentes in scortis male audiunt patres filios: a turpi amore meretricis auocare: abducere. Auellere omnibus uiribus neruisque contendunt. Vt id nobis documento sit uitandas esse meretricum illecebras, fugitandas suauiationes poscinũmias. Quarũ uafricias: laqueos: illicia: blandiciasque uiscatas enumerare quis possit? In mercatore Plautinus pater Charinũ filiũ uisco muliebri implicatissimum castigatione clamosa & obiurgatorio sõno ad bonam frugem reuocare contendit. Tanquã nihil pæque dispẽdiosum rei sit & moribus ac amor. In truculento seruus meretricem ego inquit item eẽ reor mare ut est: quod des deuorat: nunquã abũdat. In asinaria ait adolosceẽs despoliatus & exclusus Mare non est mare. Vos estis mare acerrimum. In cestellaria: meretrix fortunati est oppidi simillima. non potest suam rem obtinere sola sine multis uiris. In sticho qui potest mulieres uitare uitet. Apud declamatores inducuntur patres qui elogio testantur exhæredatos a se filios ꝑpterea q̄d meretrices amauerint. In decalogo legis dominica ꝑcepta decẽ dei digito conscripta cõtinentur. Quibus recte uiuendi formula præscribitur homines ad sanctitudinem instituũtur: inter q̃ illud ẽ memoratissimũ. nõ mœcchaberis

Quo uerbo non solum interdicitur nobis adulteriū cum alienis uxoribus: sed & ois fornicatio: quippe in canonicis scripturis: ut docet diuus Augustinus: & in Decretis. xxxii. quæstiõe quarta proditū est: nomine mæchiæ ois fornicatio omnisque illicitus cõcubitus significatur. Si quæ a põtificibus decreta sunt seruari debent: quãto magis quæ a Deo: tu qui scortator & meretricii amplexus assector es nõ ne uides te facere contra diuinum interdictum? Sed qui præcepit non mœchãdum. Idem in eodẽ decalogo haud quaque præcepit non bibendum. Ad hæc amor formæ rationis obliuio est insaniæ proximus. Turbat consilia. Altos & generosos spiritus frangit. A magnis cogitationibus ad humillimas retrahit: querulos: iracondos: temerarios: dure imperiosos: Seruiliter blandos: omnibus inutiles ipsi nouissime amori facit. Nam cum fruendi cupiditate insatiabili flagrat plura tempora suspitionibus: lachrimis: conquestionibus perdit: Odium sui facit: & ipse nouissime odium est. Hæc luculenta diui hieronymi per oratio quem non meretricariorum atq; amatorum rubore suffundat? Quis amasius talia audiens non repente se damnet: ueluti fœda uitiositate maculosum? Quis uenerius miles: non hæc insemetipso recognoscens ingemiscat. nãque amorẽ amatoreque quæ cũcta hæc uitia sectari solent: Cura: ægritudo insomnia: erumna. Ineptia: stultitia: & temeritas incogitantia: cupiditas petulantia: auditas: Desidia

inopia: contumelia & dispendiũ. Amor carnificinã cõmentus est. Amor amara dat: mores hominum moros & morosos facit. Amatoris animus clauo cupidinis fixus apud ædes meretricias retinetur. Viuit que in alieo corpore: adeo ut plautinũ illud dicere meritissimo possit. Vbi sum ibi non sum: Vbi non sum ibi est animus. Quid nõ ne in uulgari maledicto conuitioq; quotidiano est nomen scortatoris? non ne in confesso est: Amorem furorem esse: & meretrices famosos? sectari autem rem furibundã nõ ne furerẽ est? Sectari rem infamẽ non ne infamiæ proximum atque confine? Ad hæc: amator sæpe crudeli feritate grassatur ac furit ob riualitatis suspitionem. meretricum enim non est unũ inseruire amantem: sed fouere complures. Et ex multiplicibus racemis sibi facere uindemiam. Hinc bella iniuriæ: suspitiones in militia amatoria. hinc marius hellade percussa se præcipitat. hinc amator non solum miser & erumnosus: uerum etiam turpissimus criminosissimusque censetur. Quanto me magis iudices excutio: tanto plura succurrunt ad taxandam meretricarii fratris fœditatem. Et in primis illud apostoli Pauli. qui euidenter ostendit uicium fornicationis inter reliqua esse spurcissimum: qui corinthios instituens ita proclamat: Fugite fornicationem. omne enim peccatum quodcunq; fecerit homo: extra corpus est. qui autem fornicatur: in corpus suum peccat. Adde quod qui cupit bibere non erubescit id palam profiteri. Et manum in ꝑpatulo

Porrigere ad poculũ. qui uero desiderio rei ueneriæ detinetur: furtim id agit & clanculũ. Cum cupiditatis erubescẽdæ depudescat. non credis id mihi? Audi nobilissimum philosophorum Aristotelem in problematis ita disquirentem. Cur homines rem agere ueneriã cupientes confiteri se id cupere maxime pudet: bibendi autem aut edendi desiderio cum teneãtur: confiteri non pudet? Possem infinita prope congerere: sed adhibendus est modus: quẽ in rebus omnibus utilissimum perhibent. Igitur o frater: Cum in scortis male audias: scito hoc esse omni probro probrosius: oĩ turpitudĩe turpi9. In tantũ ut nullus ignoret scortari & ĩ meretricario cœnobio se & sua nequiter ꝑfligare: id dici & eẽ ꝑstremissimũ uitioꝝ: qđ nec ipse opinor frater ĩficiaris. Cũ ĩproboꝝ mos sit non ĩprobitatẽ occulere: sed ex ipsa uitiositate gloriari: Verum hæc de scortatore ac meretricario dixisse satis superq; sit. Transeamus agedum ad aleatorẽ. quẽ non minus fœda uitii labe maculosum esse confirmo adeo ut multa quæ in illum dicta sunt: in hunc peræque retorqueri possint. Et alia pleraq; quæ dũ a nobis ꝓpenduntur: quæso diligenter attendite.

Alea res damnosa est ac turpis: furtorũ ac rapinæ conciliatrix: malarum cogitationum parens: hominis interioris carnificina: uirtutum atq; omnis honestæ meditationis expultrix. Irarum maledictorumq; in deos hominesque suscitabulum. Cui qui mancipati sunt. semper angore torquentur: semper tristitia

do illorum uultus innubilat: semper desperanter semper furenter omnia agentes conspiciuntur. Nimirũ id uitium est quod scriptores omnes proscindunt infamant criminantur. Quod a legum conditoribus male mulctatur. Aristoteles inclytissimus philosophorum quarto æthicorum uolumine aleatores infamat. Illiberales esse & sordido lucro uersari scribẽs Apud iuriscõsultos titulus est de Aleatoribus. Quo animaduersio constituitur in eos quoq; qui ludere cõpellunt. Senatus consultũ uetus pecuniam ludere interdicit. Quin etiam. M. Tullius auctor est: lenticulã. M. Antonii collusorem lege de alea esse condẽnatum. Qui hominem nequissimum ob id uocat Antonium: q; in foro atq; in propatulo alea luderet. Oratius quoq; aleam legibus interdictam tanquam rem improbã ostendit illo uersiculo. Seu malis uetita legibus alea. Non ne inter catulliana maledicta sunt Aleones quoq;? sic enim prisci aleatores nominitabant. Non ne consessum aleatorum in ludo talario turpissimum esse dixit Arpinas orator? Non ne alea pernox? non ne animosus aleator satyrico dẽte perstringitur? Quisquis inuentor aleæ extitisti (tecum enim mihi res est) non rem uoluptariam ut uulgo creditur. sed pestiferam ac detrimentosam es commẽtus: quæ multos ad mendicitatem redactos. furaces. grassatores. sacrilegos fieri coegit. Et quoniam non est nobis hæc Oratio habenda apud imperitos iudices: neq; in conuentu rusticano liberius pau-

lo de studiis humanitatis ac litteris interioribus di
sputabo. Nec non ex secretariis platonicis eruta in
uulgabo. Plato philosophorũ deus refert in phædro
fuisse dæmonẽ nescio quẽ ex uetustissimis diis ægy
A ptiorũ: cui dicata sit ibis auis illa ægypti peculiaris:
Non aũt ciconia ut uulgo creditur: quæ rostri adun-
citate p aluũ sese pluens clysteris usum demonstras-
se mortalibus proditur: Dæmonẽ aũt hunc theuth:
siue theutatẽ primũ inuenisse Geometriam: Astrono
miã: Arithmeticã: & litteras: eundẽ talorũ aleæq; rep
torẽ extitisse: Dignũ ego amplissimo pconio Theu
tatem iudico iudices quatenus litteras & disciplinas
ingenuas inuenit. Quod uero talarium ludũ aleãq;
primus ostenderit fœda suggillatione notandũ cen
seo: adeo ut mala bonis cõparata ppondẽrent: Nec
minus uiciositatis sit in aleæ cõmento quã bonitatis
in litterarũ inuẽtiõe. Herodotus græcus: Liuius quẽ
M. Tulius patrem historiæ noncupat auctor ẽ Ly
dos primos aleæ tesserarumq; ludum: & cætera ge-
nera lusoria pterquã talaria excogitasse: Cæterũ siue
theuh ut memorat Plato: siue lydi ut autumat He-
rodotus inuenere instrumẽta lusoria: Vtiq; medius
fidius tradidere mortalibus inuentũ pernitiosissimũ:
Cuius comites sunt fraus: piuriũ: Impostura: mendi
citas: Et ex mendicitate mala mens malus animus.
Et consequenter ad scelera facinorosissima audẽda
pcliuitas. piget cõmemorare quã multi hoc uitio te-
terrio ad ĩcitas egestatẽq; redacti sibi & suis fuerunt

dehonestamẽto: Quãmulti dum furtificas ob aleam manus habẽt: carnificis laqueo strangulati mortem oppetiere ignominiosissimã. Ad hoc aleatores publica pulsantur infamia. Et quia dissserimus apud aures eruditas: eruditionisq; sitiẽtes: non erit absonũ si ab illa orandi lege rhetorica paulũ deuius excurram excursione plausibili: Idq; ex declamatoria institutione & ritu. Inter cæteras nationes studiosissimi tesserariæ lusionis aleatoresq; maximi Germãi fuisse pduntur Aleam inter seria exercẽtes: tãta lucrandi perdẽdi ue temeritate ut cũ omnia defecerunt extremo ac nouissimo iactu de libertate ac de corpore contendãt: uictus uoluntariam seruitutem subit: Et quamuis iunior quãuis robustior foret: alligari se patiebatur ac uẽdi. Ea erat ut ĩquit Cor. tacitus ĩ re praua peruicatia. ipi fidem uocant: insitum hodieq; est germanis studiũ aleæ animosioris: In qua fidem collusori seruant: Et pecuniam perditam perinde ac mutuaticam uictori cum fide representant. Dirum prorsus illud est sydus natalitium: quo progenerantur aleatores: quo homines fiunt rei prauæ ac calamitosæ mancipati. Quicunq; in nona parte libræ habuerit horoscopũ is erit si Firmico materno credimus aleator populari natione perspicuus. Vtinã possent e uita ĩ totũ abdicari tolliq; tesseræ & chartulæ lusoriæ sicuti iã pridẽ tali sublati sunt: Et lusio talaria abdicata. Video plerosque omnes ex uobis contracta fronte mussantes qd talos talariũque ludum dixerim. exoleuisse: no

A

lite ob id ad murmurare: uera locutus sum iudices: nullus est error in uerbo: sed uulgus errore ꝓmiscuo implicatur existimans talos esse instrumenta lusoria: quibus quotidie passim luditur. Cum tesseræ ille sint nominandæ non tali. Et uti totā rem planius noritis scitote talos fuisse quaternos in ludo talario: ex talis

A quadrupedū factos: qui in posterioribus tātū pedib9 eē produnt Aristoteli: Plinio: cæterisq; physicarū disciplinarū cōsultissimis: græci talos astragalos uocāt. Vnde & Astragalizontes dicti talis ludentes. In lusiōe talaria quatuor tali efficiunt iactū felicissimum: quē uenerīū nuncupāt. Et a poetis uenus uocitat. In ludo uero tesserario tres tātum tesseræ sūt: quæ ex sex lateribus æquali latitudine planiciarum quadratæ cōsiunt: græci cubos appellāt qd & nostri: ut. M. Varro Gellius: Macrobius: Victruuius tradiderunt. Inde cybeuticos dictus aleator. Tesserarius ludus nunc ubique gentiū: ubiq; locoꝝ in usu quottidiano frequētissimus est: tres tesseræ siue cubi: quos taxillos docti in doctiq; falso nominitāt: in alueolum iaciunt: sic enī tabula aleatoria nuncupatur. Cum talis q̄tuor ī ludo talario antiquitus uterentur. Hinc scite apud epigrāmatistā tesseræ numero taloꝝ impares sese esse profitētur. Vtinā ergo ut domum repedem9: utinā tesserarius ludus: & oīs alea damnosa ac præceps abdicari posset & tolli. Vtinam aleatores: quoꝝ uita & ars ludus ē: exterminari atq; iterdici ne res quæ uoluptatis causa ut aiunt repta ē ī mæstitudinē: luctum: egestatē

mortales impingeret. Dic quæso aleator non erubescis: uel si erubescere nõ nosti nõ ne pallescis? nõne ingemiscis? quoties audis te aleatorẽ nomine ꝓbrosissimo uocitari: quoties digito prætereũtiũ ob insigne uitiũ demonstraris? Equidẽ malo uinolent9 dici quã Aleator quã scortator: malo illo liquore mulceri qui lætificat deos & homines: sine quo læticia esse in cõuiuiis nõ potest. Vnde & læticiæ bacchus dator a celeberrimis auctoribus dictus. qđ si uitiũ est ut isti uolunt profecto est ignoscibile: neq3 ullis legibus interdictũ. Quinimo platonicæ leges: quibus nullæ sanctiores: uinolentiam & pocula largiora permittunt: perinde ac fomitem quẽdam ingenii uirtutisq3 incitabulum. Asclepiades nobilissimus medicorum uini utilitatem æquari uix deoꝝ potẽtia posse pronunciauit. Vinũ eloquẽtes facit: & ut ĩquit Oratius flaccus: Fœcundi calices quẽ non fecere disertũ? Cui subscribit poeta alter lepidissimus scribens possũ nil ego sobrius: bibenti succurrũt mihi quindecĩ poetæ: Et cũ alea atq3 fornicatio plenæ sint ãxitudinis & curæ: Contra uinũ tristitiã discutit & nubila humãi aĩ serenat. Estq3 remedium curarum: quæ anxiferæ sunt & edaces presentissimum: qđ lyricus poeta cõmodissimo epitheto dixit obliuiosum. Vitã beatã nulla res alia magis efficit: quã animi securitas mẽtisque trãquil litas: Hãc nobis uinum parit: somno accõmodatum & securitatibus. Hoc certe fuit nepẽthes illud quod homerica Helena thelemacho ꝓpinauit obliuionẽ tristiciæ ue

niãq; afferẽs. Quod utiq; oĩbus mortalib9 foret ꝓpi nãdũ: Vñ & nepẽthes ab effectu nũcupatũ. Quod eo tristicia & luctus oĩs aboleat᷑. merito Bacchũ ob

A tã suaue inuẽtũ deũ fingit antiquitas: Merito in cælo est uindemiator collocatus. merito Bacchus ipse liber pater nominatus nõ tã ob licẽtiã linguæ neq; ob libertatẽ boetiis datã: quã qđ liberat seruitio curarũ animũ. Et ut morbis quibusdã. Ita tristitiæ medet᷑. ꝑ inde sãctissim9 & uitioꝝ obiurgator seuerissim9 Seneca percipe nõ dubitat liberaliores potiões eẽ hauriẽdas & aliqñ usq; ad ebrietatẽ ueniẽdũ. Ad hæc nõne maximi heroũ: regum: philosophorũ ebriosi atq; bibaces fuisse mẽorãtur? Quoꝝ exẽplis illustribus

B ebrietas ipa hõestat᷑. Et uitiũ ebrietatis si mõ id uitiũ est: fit imitabile. Herculẽ iter heroas famigeratũ quo nihil illustrius: ebriũ & cassabũdũ fuisse accepimus ideoq; sciphum illius poculũ esse ut liberi patris cantharum: ob hoc fictores Herculem cum poculo figurant. Alexãder magnus: quo nihil maius: uini auidissimus fuit ad temulantiãq; ꝓcliuior. Cato quoq; qui exẽplar uirtutũ & norma ẽ ut q sapiens dictus: ita reuera fuit: uino indulsit: ebrietatisq; hilaritate demulctus interdũ est cuius olim ebrii uelatum caput cum quidam quibus obuius fuerat retexissent: erubuerũt Nimirum quia ebrietas quoque in Catone uisa est uenerabilis. Ergo igitur cum uiri tam clari tam magni: tã sancti uino indulserint cũ uinolẽti frequenter extiterint: cur pudeat me & dici & esse temulentum?

Cur in me sit criminosum quod nõ solũ excusatur ex emplis ueꝝ etiã defenditur. Denique cum mihi dãnosum sit iudices si id facio quod Hercules: quod Alexãder: quod Cato factitauerũt? Quorum auctoritas tanta est ut ebrietatem honestam magis efficere possint. quã ipsi ex ebrietate turpes fieri.

Habetis: perorationẽ meã in duos fratres alterũ fornicariũ alterũ aleatorẽ. Quorũ alterutrum uestra pronunciatiõe dãnari necesse est: si nouissimam defũcti testatoris uolũtatẽ tueri uultus q̃ animis uestris nihil debet esse sacratius. quãto enĩ uinolentia minor sit uitiositas fornicatione uel alea: uel utroque scitis. Et h̃ scio uos scir̃. Quo circa ꝓnuntiate iudices queso uel ĩ hunc uel illũ, ut ego sentẽtia uestra absolutus possim paternis bõis ꝑfrui comiter atque hilariter ut ĩdulgẽs uino execusabilis sim exẽplo Herculis Alexãdri & Catõis quos uitæ duces hr̃e nõ solum uenia: sed etiam laude dignum est. Dixi.

Scortatoris & Aleatoris recriminatio aduersus. Ebriosum.

ÆSopi fabulatoris elegãtissimi apologus iudices narrat: homĩes duas mãticas haber̃. Alterã anteriorẽ alterã posteriorẽ. in priore aliena uitia mitti. in ea quæ a tergo est: nostra occultari: quo apologo sciẽter & festiuiter significat mortales obseruare papulas alienas in ꝓpriis ulceribus incuriosos. i. alienis peccatis noscẽdis oculatos eẽ: in suis talpas. Neminẽ uidere quid mãticæ in tergo sit. Hoc cum in ple A

risque aliis: tum hodierno die in fratre cognouim9: q
in negocio suo hebetior: In alieno acutior festucã in
oculis nostris aspiciẽs trabẽ nõ uidet ĩ suis: qui copio
se & elegãter ĩ meretricarios aleatoresq; porãs ebrie
tatẽ: cui obnoxi9 ipse ẽ: nõ solum dixit eẽ ignoscibi
lẽ: uerum ẽt si diis placet q̃si expetibilẽ: atque dignã lau
de ẽ conatus asserẽ. Nos uero iudices nihil uerucas
nostras cõuelãtes simpliciter ĩgenueque fatemur ma
lum eẽ scortari. Et forum aleatorium calefacere. Sed
mai9 malum temulentiã esse contẽdimus: Idque eui
dentib9 argumẽtis planum faciem9. Vos q̃sum9 ut
sicut attente fratrẽ audiuistis: in fratres inuehentem:
Ita lubẽtib9 animis nos audiatis fratrem retaxantes:
ut si quam ille uoluptatẽ maledicendo cepit: eãdẽ ma
le audiẽdo penit9 amittat: qui cum dixerit q̃d uolue-
rit: nõ iniquum est si audiet q̃d noluerit. Vestrum erit
officium iudices cã utrinque porata collatiõe uiciorum
de quib9 agit̃: scã solerterque ppẽsa: ferre sñiam. Hõ
ut hic ordiamur ex aĩo & corpe cõpact9 nihil hẽt pẽ
sius cariusque quã semetipsum. Vñ fit ut animi ac cor
poris incolumitatem diligentissime custodiat: Et ea
cum primis appetat: q̃ greci τα πρωτα φύσεως latini
prima naturæ siue primigenia appellant: in quibus
numerantur ualetudo: sensus integri: & omnium par
tium conseruatio: quib9 nõ pauci summum hominis
bonum metiunt̃. Et cum uitæ ars prudentia sit: quæ
inter bona animi potissimum elucet eã p̃cipue inco-
lumen seruare debem9 ut uiuendi ratione cõstem9.

Hæc igitur animi & corporis ĩcolumitas cum sit reꝝ
oĩum ꝑciosissima. Cum bona animi & corꝑis sint ma
xima bonoꝝ: qs nõ uidet id uicium longe mai9 eẽ ha
bendum: quo maiora & plura hoĩs bona ꝓfligãtur?
Atqui cuncta hæc ebrietate cõcutiunt: & uini crapu
la hebetescunt. Temulentia mentem obnubilat. Cor
poris ualitudinem ꝓfligat: nec nõ est rei famæq3 dis
pendium. Vetus uerbum est sapientiam uino obum-
brari. Quod uigorem animi impedit ad procinctum
tendentibus. qua in re subit admirari priscorum dili
gentiam: qui significatissimo uocabulo uinum teme
tum appellauere. Ex eo quod teneat mentem ac ten-
tet. Vnde & temulentia ebrietas nominata. Quid
per deos fœdius: quid turpius eẽ potest: quã quod ho
mo extra hominem extraq3 humanum intellectum ꝑ
uinolentiam collocetur? semet ipsum ignoret: nec
plus sapiat quã bim9 puer aut anniculus? Vini calen
tis aspergine sanitas mentis expugnatur: fitq3 rerum
omnium obliuio morsq3 memoriæ. Non est temulẽ
ti animus in sua potestate mersus uino & ebrietate
deuictus: quod neq3 fornicario accidit neque aleato
ri. Et ut eleganter diffinit. Seneca grauissimus uino
sorum censor nihil aliud est ebrietas quã ĩsania uolũ
taria: nõ ne hoc probrum omni probro maius est ho
minem ultronea insania oblectari? Cuius peculiare
bonum est sapere & sanitate mentis perfrui. Adiice
ex uino uertigĩes capitis: tecta mobilia: gradum erra
bundum. Nam ut ait scitissime Plautus luctator do-

losus est uinũ:pedes captat primulum : merito dixit
A Androcipes sapientia clarus:sicut uenenũ est homi-
ni cicuta:Ita & cicutæ uinum:intelligi uolens ueneni
uenenum esse uinũ. Quã multi morbi atq; egritudi
nes ex uini intemperantia proueniant quis ignorat:
Cum hinc ulcera oculorum:neruorum resolutio tre-
mulæ manus:Cũ hinc causones id est febres æstuã
tes:Cum hinc pedes ulcerosi ac podagrici:aliaq; in
numera morborũ genera proueniãt:unde merito di
ci põt:ebrietatem pœna premit comes.ꝑterea quod
nõ minus turpe est uino fetent ora nimio.& graue o
lẽtia hanelitus inficitur. Vis uidere quã noxia ac pe-
stifera res corporibus sit uinũ:ubi quispiam egrotat:
statim ex prescripto medicorũ:uini potu ĩterdicitur.
Tãquã id fomẽtum incẽtiuũq; morbi sit. Ad hæc rei
suæ male consuluit homo ebriosus : dum uina pre-
ciosa cũ dispendio patrimonii undiq; conquirit:dum
uinũ pluris quã aurũ facit:Idq; iucũdius quã solẽt ue-
tur. Videmus quotidie multos:nec enim in re notis-
sima exẽplis opus est:ad inopiã egestatẽq; redactos
ebrietate sumptosa. Tanto labore & impendio con-
stat quod mentẽ mutet:ac furorem gignat. Et ira sæ-
pe causa est:ut patrimonia & opes decoquantur . ut
uacantes potibus cõsumãtur:sicut. Salomoni plane
credi conuenit. Quãta autẽ labes infamiæ:quantum
dehonestamentum subsequatur id uitium homo ne-
mo non nescit. Cũ opprobratio ebrietatis inter cæte
ra conuitia sit maledicentissima : cũ quotidianũ hoc

maledictum tãquã maximũ in altercationibus audia tur: Achilles homericus nõ ꝓbrum ullum fœdius inue nit: quo ꝑscideret Agamẽnonẽ illum regẽ regũ: quã ut οἰνοβαρής hoc est uino ꝑssus atq3 uinolẽtus appel laret: Olĩ diui Augustini mater: cũ ab ancilla ꝑ amaru lẽtã insultationẽ merobibula uocaret tã fœdũ: tã eru bescẽdum id maledictũ eẽ cognouit: ut cõfestim dam nata ebrietatis fœditate ad sobrietatẽ sese cõtulerit. bi beritq3 deĩceps uinũ aquatissimum dilutissimumq3: Excutite iudices iudicia mortalium: Interrogate pas sim oẽs: Audietis homĩem ferme neminẽ esse: qui nõ scortator & aleator a cõuitiatoribus compellari ma lit quã temulentus: adeo cunctis inoleuit ĩtellect9 rei fœdissimæ spurcissimiq3 conuitii. Adde quot rixas: quot cædes: quot faciora pœnitẽda: fecerũt hoĩes ui no inflãmati: & bacchi hyrso ꝑcussi. Nam uinũ ut li bris esdræ testatum est seducit mentem: & uinolenti sumunt gladios: qui cum e uino emerserint & surrexe rint: non meminerunt quæ gesserunt: ille Alexander magnus cuius paulo ante o frater exemplo gloriaba ris: non ne clytum charissimum sibi ac fidelissimum inter epulas transfodit? Non amicos in temulentia plures interemit? cuius exemplum scriptores nõ ideo referunt: ut non ad ebrietatẽ inuitẽt prout tu opina ris: sed ut ab ebrietatis deterreãt. Cogita quas clades ediderit publica ebrietate: hæc gẽtes bellicosas hosti bus tradidit: hæc cõtumacissimos & iugum recusan tes in alienum redegit arbitriũ: hæc inuictos acie me

ro domuit: Sic Syracusæ in manũ marcelli ditionẽq̧
Romanoꝝ ꝑuenerunt. Sic massagetæ a persis profli
gantur: & uino mersi capiũtur. Q̃d igitur iudices ui-
tiũ fœdiꝰ ꝓbrosius: deterius: eẽ pótẽ quam ebrietas?
qua sanitas mẽtis cócutitur: ualitudo corporis ꝓfliga
tur: patrimõia atterũtur: fama pulsatẽ: quã rixæ: cedes:
ĩfanda facinora: nec nó urbiũ excidia subsequuntur.

A Stoicoꝝ dogma: quo callide magis quã uere traditẽ:
ἴσα τὰ ἁμαρτήματα εἶναι idest peccata paria esse: quot
die refellit uita: sensus cóis impugnat: uicia nr̃a redar
guũt: quæ haud dubie ĩparia & aliud alio maius eẽ ne
mo nó cernit. hoc ẽt cæcis liquet ebrietatis labẽ tãto
quã scortatus & aleæ esse fædiorẽ: quãto plura ꝓcio-
sioraq̧ sunt illa: q̃ ꝑ temulentiam amittimus quã quæ
ꝑ aleã scortationemq̧ deperdimus. Verum audi fra-
ter quo rem deducamus. sint cætera omnia inter nos
paria: uel si ita mauis: sint in nobis duobus flagitio-
siora: sit fornicatio: sit alea: uitiositas fœdior quã temu
lẽtia: sit tua melior quam nostra conditio: uicas tu ex
reliquis partibus. Vnum tamen nobis concedas ue
lis nolis necesse est mẽtem ebriosi concuti: ingenium
obnubilari: sensus omnis fieri lapsabundos. & homi-
nem exire ex hominis potestate: quo concesso uicto
res sumus: cum huic uel soli uitio par sit nihil: & ni-
hil secundum: finge: excogita: comminiscere quod
lubet nunquã tamen impetrabis quin nobis constet
mens & animus: quæ in te ebrietas concutit atq̧ de-
mentat. Dementia autem mentis & in sanitate aĩ gli

ſcente homo hominis nomen amittit: & nihil fere diſ
fert a brutis animantib9 ex quo fit omnium deterri
mus fœdiſſimuſq;. Quod autem frater uinum ꝑco
nio laudis extulit & ex ea ſententia Aſclepiadis uix
deorum potentia æquari poſſe pronunciauit uolſel
lis pugnat non gladio cum neq; nos inuiti iudices
bibamus: neque uinum culpemus: ſed uinolentiam:
Scimus duos eſſe liquores corporibus humanis gra
tiſſimos intus uini foris olei: ſcimus nihil uiribus
corporis eſſe utilius uino ſi modus adſit: ſcimus uino
ſtomachum recreari: appetentiam ciborum inuitari:
triſtitiæ curam hebetari: algorem expelli ſomnum cõ
ciliari: ſed ſi modice: uel potius intra modum hauriaẽ
fuit ergo ſup uacanea illa in uini laude excurſio quod
nullus infamat: Verũ enĩ uero ebrietas qua de agiẽ:
ebrius qui culpatur: qua excuſatione excuſabilis fieri
ꝑt? q̃ defẽſiõe defendi? an auctoritate platõis te ipſũ
tutabere: quẽ ueluti temulẽtiæ ſuaſorẽ ac magiſtrum
citaſti? falſo: ſcito. n. bõe frater lege platonica ebrie
tatẽ iſtã turpiſſimã: q̃ labefacere & ĩ minuere hoĩum
mentes ſolet: cuius reatum hodie tu ſuſtines: minime
laudari: ſed liberaliorẽ paulo iucũdioremq; uini ĩuita
tionẽ: q̃ſieret ſub quibuſdã q̃ſi magr̃is cõuiuioꝝ ſobri
is ñ ĩprobari: ĩmo ut ſcias dcreta platõica nõ a te ſtar̃
ſed a nobis: ĩtellige quãtope ab illo culpetur ebrietas
decernit diuin9 ph̃s pueris meꝝ aquæ potũ: uinoq; in
terdicto uetat ignẽ igne ĩcitari. idẽ iubet ſponſum &
ſpõſam dare opã liberis & abſtemios eẽ ut cõceptus

fiat solidus & quiet9: cũ ebrii tanquã mẽtecapti ad ge
nerationé sint inutiles: qppe cũ uerisimile sit ex temu-
lẽtis fœt9 tã mẽbris quã morib9 tortuosos pgenera
ri. Quod Herculẽ bibacẽ: Alexãdrum temulẽtũ Ca-
tonẽ uino hilarari solitũ: teq3 illorũ imitatorẽ esse glo
riabundus memorasti: dic quæso o frater placent ne
tibi tãti uiri pro acehetypo & exẽplari qd seq̃ris? Age
dũ imitare illos totos: & sicut uicii affectator uideri
uis: sic imitator esto uirtutũ. pge p illorũ cuncta uesti
gia: effinge nobis ac redde monstrorũ profligatione
Herculẽ: re3 magnitudine Alexãdrũ: morum sancti
tudine Catonẽ: Tunc in te tam ignoscibilis erit ebrie
tas quã fuit in illis: Tũc nẽo tibi negociũ facesset: Tũc
nobiscum tibi nulla erit controuersia de patetna hæ-
reditate: Cedemus ultro bonis: eris tu extra omnẽ iu
dicii aleam sequestratus. Nos duo inter nos discepta
bimus: uter ex nobis sit exhæres pronunciandus. te
in tuto: te in uado salutis collocato. Sed quæ est ista
peruersitas improbitas: iniquitas: uelle magnis heroi
bus uiciositate esse consimilem: uirtutibus uero lon-
ge dissimilẽ? uelle sequi fugienda: fugere sequenda?
uelle mala imitari: bona non aspicere? placet tibi in
Catone ebrietas? placeat & grauitas: frugalitas: inte
gritas: doctrina: mores: cæteræque uirtutes omnes: q̃
rum dictus est norma: auctor exemplar. Scito tamẽ
magnos illos uiros non uino ingenium mentemq3:
ut tu: quotidianis ebrietatibus ingurgitasse. Nec enĩ
in pectoribus magnis ullum esse potest honestorum

turpium consortium. Sed ꝓ fomento laborum quos dies noctesq; exanclabant sese interdũ largiorib9 poculis inuitasse: Quorũ labecula uirtutibus obumbratur. Ad quos cũ tu nulla ex pte laudabili aspires: desine illoꝝ exemplis tua ꝓbra fulcirẽ: Quorum uirtutes non assequeris: Desine illos iactitare qui abste hoc in iudicio nominati faciunt cãm tuam fœdiorem: turpiorem: deteriorem: quã si nusquã nominasses. Demiramur o frater te in hac nominatione silẽter pterisse Tiberium Cæsarem: cuius ut pote maximi Romanorũ imperatoris exemplo cã tua roborari potuisset: q pp nimiam uini auiditatẽ: pro Tiberio Claudio Nerorone: Biberius Caldius mero uocabatur: qui pisonem uerbis Romæ pfectum fecit: qd biduo continuo duabusq; noctibus p potationẽ apud se ipsum continuasset. Atqui exempla uiciosorum quãuis illustria magis officiunt uinolentiæ reo quã patrocinantur. Quod si iudices in uiciis defendendis atq; excusandis ualeat auctoritas principum: nos quoq; maximi imperatores excusant. Namq; memoriæ ꝓditũ est Cæsarem Augustum: qui uiuus habitus est diuus: quo nihil maius: melius ue terris: fuisse aleæ cupidissimũ: & diebus festis: pfestisq; lusisse: Claudiũ quoq; imperatorem d arte aleæ librum composuisse: cuius studiosissimus adeo fuit ut solitus sit ẽt ĩ gestatorio ludere: Meretricarios uero extitisse tam multos: ut Salomon quo nil sapientius: greges concubinarum prope innumerabilium habuisse prodatur: ut Cæsarem dictatorem

omnium mulieꝝ uirum dictitauerint. Sed nobis ui
tia nostra diluere exemplis principalibus non est ĩ ani
mo: nec libet ea defensione: que haud dubiæ poten-
tissima est: uti: ut dicamus nihil esse in rerum natura
tã necessarium: tãq; expetibilem quã uenereũ cõcubi-
tum: Quo ex terris sublato cuncta animãtiũ genera
citissime deficiãt atq; ĩtermoriant necesse ẽ. excedat
age dum: ut Senecæ uerbis utar: rebus humanis ue-
nus: orbis iacebit squalido turpis situ. Tolle ex com-
merito mortalium meretricias amationes: cuncta ui-
debis misceri ꝑturbariq; libidinibus incestis. nõ iuuat
ĩn iudicio corã uobis, iudices allegare aleã illicẽ esse ui
tæ uoluptariæ atq; aĩorum oblectamẽtum qua ociosi
mortales æstiuorum dierum æstus torrentissimos fal-
lunt: qua a cibo a mẽsa salubriter utunt̃. cum id horæ
ex ꝓcepto maximoꝝ medicoꝝ oĩs aĩ corporisq; agi-
tatio sit inutilis. Sed nobis nihil prosint hæc admini-
cula iudices ad causam nostrã roborãdam: imo sim
pliciter & ingenue ꝓfitemur nos eẽ criminosos: nos
uitiosos: sed criminosiorẽ: sed uitiosiorem esse fratrẽ
indubitanter asserimus: idq; uidemur argumentis sa
tis probabilibus hactenus demõstrasse. Verum ut uo
bis iudices hoc magis liqueat: ut fæditas tanti uicii fi-
at manifestior: deniq; ut scrupulus nullus mentibus
uestris inhæreat: quin uinolentum: fornicatio & luso-
re fædiorem uitiosioremq; iudicetis: libet hoc potissi
mum ĩ loco rhetoricari. Et quoniã aduersari⁹ per exẽ
pla sentẽtiasq; nobilium scriptoꝝ expatiatus est: nos

quoq; exẽplis nos dictis philosophorũ oratorũ eccle siasticorum: edocẽter explicabimus ebrietatem fuisse semper apud priscos detestabilẽ: prosciſſamq; conui tiis ab optimis quibusq; perĩde ac insigniter pernicio sam. Erunt hæc non iucunda cognitu: nec inutilia re/ latu: nec eruditis auribus aspernãda: uos modo ut at/ tente pterita audiuistis ita attẽte ac libentibus aĩs reli qua auditote. Lacedæmõii illi frugalissimi: & lycurgi legibus bñ instituti, cũ ab ebrietate, perinde ac re fœdi sima iuuẽtutẽ abducere uellẽt: hũc morẽ obseruabant, ut in festiuitate seruos, qui ilotæ uocãtur, largo mero in gurgitatos in conuiuia iuuenũ deduci iuberent: ut illi spectãtes ebrioꝝ turpitudinẽ, ebrietatẽ, ueluti rem fæ dam ac deformẽ phorrescerant. Plato: Aristoteles: Eu sebius: & maxius medicoꝝ Galenus: dilaudãt legem chathaginẽsium: qua dum militant & castrẽsib9 reb9 incumbũt, uinum nullus gustare pmittit: sed oẽs toto militiæ tẽpe aquã bibunt: tanquã uino ad ferẽdũ labo rẽ hoĩes remollescãt. Cæsar auctor ẽ Sueuos germa/ niæ populos uinũ ad se oĩo ĩportari non sinere: qd ea re subneruari corpa arbitrãtur. cheremõ stoic9 narrat priscos ægypti sacerdotes carnibus & uino semp ab/ stinuisse: ex eo tempe quo cepissent diuĩo cultui opa ri: ut sensus tenuitate forent uegetiores. Ioseph9: Phi lo: Eusebius: Hierõymus pdiderunt Esseos in iudæa abstemios fuisse & ĩuinios quottidianũq; ieiuniũ uer tisse ĩ naturã apud Romãos atq; oĩ ĩ latio femĩæ æta tẽ abstemiã egisse: hoc ẽ uino abstinuisse memorãt.

Lacedemonioꝝ mos.

A

Quod stulta inuenta esset uinũ bibens: morte mulctabatur. Vt auctor est Dionysius ĩ libris antiquitatũ. ex nr̃is quoq; celeberrimi scriptores scripsere uxorem Egnatii q̃d uinum bibisset ex dolio interfectã fuste a marito. eũq; cædis a Romulo absolutum: Fabius pictor in ãnalibus suis tradidit matronã q̃d loculos ĩ quibus erãt claues uinariæ cellæ resignauisset: a suis ĩedia mori coactã. Cn. Domitius iudex mulierẽ dote mulctauit: q̃d uinũ bibisset uiro insciente. ob hoc propinqui ut ĩquit. M. Cato & repetit Tertullianus ĩ Apologetico osculũ feminis dare soliti erant: ut spiritu indicarent: an uinũ olerent: & medius fidius usu uini immodico ianua uirtutis clauditur: uitiis aperitur. Apollonius Tyaneus: quo nil sanctius nil diuinius inter homines: fuit hydropota hoc ẽ aquæ potor uinũ tãquã ingenii pestem reformidãs. Diuꝰ Hieronymus præcipit uirgini christianæ: uinũ tãquã uenenũ esse fugiẽdũ: idem clericis uino prope ĩterdicit: qui scribẽs ad Nepotianũ nunquã inquit uinũ redoleas: ne audias illud philosophi: hoc non est osculũ porrigere: sed uinum propinare. M. Tullius inter pleraq; alia probrosa: quæ pisoni obiectat: id quoq; maximo probro dat ꝙ uinolentus ore fætido teterrimam popinã inhalasset. Quid multa? deus in leuitico ad Arrõ archiie rea hoc est pontificem uinum inquit & omne q̃d inebriare potest nõ bibetis: tu & filii tui q̃n ĩtrabitis tabernaculũ testimonii ne moriamini: quin etiam dei cõsectaneus electionis uas: & scripturaꝝ sanctarum armariũ

apostolus Paulus uinolentiam damnans epistola ad Timotheum præcipit episcopum sobrium esse debere: minimeq; uinolentum. hinc in decretis canonicis est illud memoratissimum: Vinolentum sacerdotem & apostolus damnat & uetus lex ꝓhibet. Sacerdotes qui ministrāt in templo dei prohibentur uinum bibere & siceram: ne crapula & ebrietate corda eorum prægrauentur. Sicera autem hebreo sermone oīs ꝓpotio nuncupatur: qua quis inebriari potest: Quicquid inebriat statum mentis euertit. Ante diluuium hoīes erant sicci sobrii inuinii nullo uini usu nulla cultura uinearum: post diluuium ut sacris litteris proditum est primus Noe plantauit uineam: bibensq; uinum illico inebriatus est. Itaq; nec uinum suo pepercit auctori. In pentateucho quoq; legimus ebrietatē incesti causam fuisse: Cum patrem lotopeam filiæ inebriassent: moxq; ex ebreitate ad incestum concubitum infandumq; illexissent. Ex illo tempore mortales uini feruor: ex feruore ebrietas ex ebrietate inuerecundia: īcestum: furor inuasit: Tunc temulentia uariis motibus mentes hoīum concutere cepit: Ita ut alii fierent rixosi & furentes: alii iocosi & loquaces alii somnolēti alii lachrimabundi. Et. n. uinū eandē uim hēt quam bilis atra uariam scilicet & multiformem: sup qua re nobile est ꝓblema nobilissimi philosophorū Aristotelis: Vnde uidetur Oratius flaccus illud mutuatus. O nata mecum consule manlio: seu tu quærelas siue geris iocos: seu rixas: & insanos amores: seu facilem pia te

A

B

A ſta ſomnū: Dionyſi9 qui uulgo Bacchus quem ethnici ſcriptores uini repertorem perhibent: cornutus figuratur: non tam ꝙ boues cornigeros iugo copulauerit: ut Diodorus credidit quam quod ex uini feruore temulenti ad temeritatem procliuiter erigantur fiantq; impetuoſi: & quaſi cornupetæ. Tunc pauper ſumit cornua. Tunc humilitatis oblitus erigitur in tumorem. Quod uero bacchum inter deos relatum & uindemiatorem inter ſidera collocatum iactāticulus frater glorioſa ꝑdicatiōe narrauit: nihil ſane id ad cauſam ipſius fulciendam proficit. Aut ſi cōmenta poetica pro argumentis ualent: ualeat & illud: Quod Venus noſtra clariſſimum ſibi in cælo ſidus uendicauit: quod Venus inter cælicolas dominatur: cuius natura cuncta generantur in terris: Quā almā quā diuum hominumq; uoluptatē celeberrimi conditores appellant.

B Ad hæc Anacharſis ille: qui apud ſocordiſſimos ſcythas ſapiens natus eſt: prodidit uitem uuas tris ferre primā uoluptatis: ſecundam ebrietatis: tertiam contumeliarum. Eſopus fabulator conſimile quiddam dixiſſe traditur. Celebre eſt illud ſapiētis uiri: ſiue is eſopus: ſiue anacharſis: ſiue alius quiſpiā fuerit: dictum ſuper mēſam: prima inquit cratera ad ſitim pertinet: ſecūda ad hilaritatem: tertia ad uoluptatem quarta ad inſaniam: ſi quartum poculum potores reddit iſanos: quid quater quaterna: quid quater dena pocula efficient? non ne ſupra omnem furorem: ſupra omnem inſaniam reddent inſaniſſimos? Atqui conſtat uino

lentos homines quanto plus biberint tanto plus sitiř Et ex bibendi consuetudine augeri auiditatem. Vt merito hoc genus homines ad perdenda uina geniti esse uideantur. Nouellius mediolanensis tribus con/ giis e potis uno impetu tricongius cognominari nō erubuit: gloriam scilicet ex uitio fœdissimo captans: & cum omne uitium tanto criminosius sit quanto maior est ille qui peccat: qua nota: quo probro uel licandus: proscindendusque est Bonosus Roma/ nus imperator? Quem miramur a fratre præteritum esse in mentione uinolentorum. Qui bibit quantum hominum nemo: De quo Aurelianus dicere solebat non ut uiuat natus est sed ut bibat: qui quantum bi bendo turpiter ingesserat: tantum meiendo turpius egerebat: qui superatus a Probo cum uitam laqueo finiens se pensilem fecisset iocus innotuit. Amphorā pēdere non hominem. Proclamat Solomō luxurio sa res uinum: & tumultuosa ebrietas: quicūq; his dele ctat̄ nō erit sapiēs. Idē interdicit ne simus in cōuiuio potatorū. Subrisimus paulo ante iudices audientes fratrem incontinentes atque intemperantes appellā tem eos: qui aphrodisia colūt indulgentq; rebus ue/ neriis: citātēq; Aristotelis testimoniū ex ꝓblematis: tāquā Aristoteles solos ακολαστους και αρατενσ. i. in temperātes & incontinētes homines uenerios mulie riosq; appellādos eē cēseat. Agedum recita quæso bone frater totū Aristotelicum problema: uidebis te quoq; eodē loco habēdum eadē sugillatione: notan

dum: eisdem uocabulis nominãdum esse. Et. n. ut res tota iudices colliquescat: scribit inclytissimus philosophorum: quique esse hoium sensus p quos uoluptas queratur: omnemq; ex his ĩmodicã uoluptatẽ turpẽ atq; ĩprobã existimari. sed. n. inquit quæ nimia ex gustu & tactu ẽ: ea uoluptas omnium rerũ fædissima est: eosq; maxime qui duabus istis belluinis uoluptatib9 se dediderunt incontinentes appellare solemus: tanquã ĩ pecudum ferorumq; animalium numero habeatur quisquis est his ferinis uoluptatib9 deuinct9. Cũ cæteræ ex tribus aliis sensibus prouenientes hominũ esse tantum propriæ uideantur. Hæc sunt Aristotelica: hæc ex promptuario philosophico deprompta: Vbi non minus uoluptas gustatus: qua haud dubie potus quoq; continetur: q̃ uoluptas tactus concubitusq; taxatᷣ. Quã autẽ ridiculũ sit id alteri opprobare qd̃ in te statim retorqueri possit nullus ignorat. Verũ ante quam digrediamur ab huiusce fædissime uitiositatis insectatione: subiiciemus opera ebrietatis utentes non nostris uerbis sed plinianis: quæ in ore in pectore omnium habenda sunt: dignaq; quæ ubiq; non ibi tantum memorentur: ad castigandam hanc inexplebilem bibendi auiditatem. Audite ergo Plinium in temulentiæ uitia sic perorantem. Tunc auidi matronam oculi licentur. Tunc animi secreta proferuntur. Alii testamenta sua nuncupant. Alii mortifera loquuntur: redituraśq; per iugulum uoces non continent: quam multis ita ĩteremptis. Vulgoq;

ueritas iã attributa uino est: interea ut optime cadat
solem orientem non uident: ac minus diu uiuũt. Hic
pallor & genæ pendulæ: oculorum ulcera. Tremulæ
manus effundentes plana uasa & quæ sit pœna præ-
sens: furiales somni & inquies nocturna. premiumq;
summum ebrietatis libido portentosa: ac iucundum
nefas. postera die ex ore halitꝰ fætidi: ac fere rerũ om
nium obliuio: morsq; memoriæ: Rapere se ita uitam
prædicant cum priorẽ diem quotidie pdant: illi uero
& uenientem. Hæc pliniana in temulentos peroratio
hæc castigatio censoria tã seuera tam luculenta: tã ue
ra: quem non reuocet ab ebrietate ad sobrietatem? a
meracis potionibus ad dilutissimas aquatissimasq;?
a uinaria cœna ad prandium caninum? Quis hæc au
diens. Quis hæc legens nõ repente temulentiã fugi-
at ac execretur: perinde quasi uitiorũ omnium fœdissi
mam spurcissimam: defamatissimam? Quis iudex ea
auctoritate: ea sapientia præditus: qua uos estis: non
e uestigio pronunciet contra ebriosum cõtraq; ebrie
tatem? Sed iam tempus est canere receptui: ne dũ ui
cẽ talionis implodimus: dum fraternam taxationẽ re
taxamus: dum mutua flagitii exprobatione par pari
referre studemus: ĩmodici atq; immoderati fuisse ui-
deamur. Adnotasse uos iudices iã dudum credimus
aliquanta nos: quæ obiectauerit frater irrefutata irre-
percussaq; quasi dissimulanter præterisse. Ita est iudi-
ces: nec ĩficias imus. Nã eius tantum est: qui se impec
cabilem & ut græci dicunt ἀναμάρτητον ostendere

uelit: pbra & criminationes ois singilatī diluere atq̧ refellere. Nos uero nostras noxas: nr̄a flagitia neque inficiamur ut īsontes: neq̧ excusamus ut multi neq̧ iactamus ut frater. Fædū & turpe est ludere & fornicari. Erubescendum nomen est meretricarii & aleatoris. Crimē utriusq̧ nostrum īfame: detrimētosum: reph̄ēsibile ēe nō negamus: atq̧ etiā ultro profitemur: sed uitiositatē fraternā nostræ uitiositati: nostrisq̧ flagitiis asserimus esse anteponēdā. Diximus ex ebrietate nō solum famā & opes labefactari: quod ī nobis potissimū carpsit frater: sed mētē animum sensus oēs cōcuti: mutari: peruertari euidentissime docuimus. Qua fæditate nil fædius: quo uitio nil uitiosius eē aut dici potest. Ostendimus quantas clades exitia funera mortalibus ebrietas intulerit. Catalogo quoq̧ quasi quodam p exēpla: per auctoritates: per dicta nobilium conditorum decurrimus indicātes quemadmodum temulenta omnibus sæculis supra omnem uitiositatē dānata conscissa infamata ē: Quod superest uestræ prudentiæ ē iudices: uestræq̧ grauitatis diligēter crimina nostra pēsitare: & uelut in librili collocata ppendere: & quem ex nobis tribus turpiorem fædioremq̧ iudicaueritis: in illum pronunciare.

Nihil. n. ueremur: quin secūdū nos pnuncietis: quin uobis: qui sapiētissimi estis: idē uideat̄: qđ tot scriptoribus celeberrimis uisum ē. Qđ rationes suadēt: exēpla corroborant: sensus cōis affirmat. Itaq̧ cām nostrā iudices fidei uestræ prudentiæq̧ cōmittimus: &

si apte cognoscitis: sicut pfecto nostis ebrietatem lõge fædiorẽ eẽ atq; uitiosiorem: exhæredate q̃sumus frẽm: & nos iudicio ur̃o liberar̃: Sententiis absoluite: et hæreditate p̃rna bñficio ur̃o perfruamur. Diximus.

FINIS.

Ad Clarissimum Ioannẽ Vartimbergẽsem scholasticũ Boemũ Philippi Beroaldi bononiẽsis epistola.

m Vlta me amabilissime mi Iohãnes ut tibi libellum hunc nominati dedicẽ hortant̃, & i uitant. Tua erga me mihi pspectissima beniuolentia: Mirus studioꝵ amor: Genuina probitas: hilaris comitas: Mores defecati: Quæ sunt uera hominis honestamẽta. Ad hæc nobilitas familiæ Vertibergensis apud Boemos honoratissimæ: quæ Arcto cognationis nexu copulat̃ cum illustrissimis principibus Rosensibus: quibus Affinem esse & necessarium maximus est honos: quos ego summa reuerentia diligo: quorũ beniuolentia cũprimis glorior: hortamẽtũ quoq; non minimũ fuit meum illud solemne: quo nobilibus scholasticis transmõtanis hoc genus libellos nuncupatim dicare cõsueui. Imprimis uero aurem uellit tua illa: qua ĩ me pliberaliter es usus munificentia: quã effectũ ẽ: ut cũ pceptori discipul9 debere consueuerit: Ego tibi discipulo doctor plurimũ deber̃ me profitear. Vitiũ autẽ ingratitudinis quã tetrũ: quãq; i

amabile sit: homo nemo nō nouit. Sapiētis uiri uerbū est: ingratus ne sis. Persæ in ingratos seuerissime Animaduertunt. Apud athenienses aduersus ingratos actio cōstituta est. Igitur ne malum nomen sim: Ne ingratum agam: quo in uicio nihil mali non inest. Tibi peculiariter dono: dicoque opusculum hoc quātulumcunque est: & pro argentaria liberalitate chartariam remunerationem rependo ac repono. Quæ tamen talis est: ut apud ingenuos uirtutisq; cultores: qualis es tu: auro gratior esse & soleat: & debeat: Te rogo ut id quicquid est ex chartacea supellectile nostra depromptum hilaro uultu: & obuiis (ut aiunt) manibus excipias: ut post sanctiores iuris pontificii paginas: post ebibitam seriæ lucernæ fuliginem: summas in manum libellum hunc non minus uarietate rerum: quā breuitate expetibilem. Philosophica est īcude formatus: & ex illius philosophiæ secretariis erutus: quā græci pareneticem: Nostri præceptiuam appellāt. Titul9 ē heptalogos ex græca scilicet festiuitate: Quod si latinam inscriptionem mauis: septem sapientes inscribito. Sed quid nugis hisce meis lenocinor: cum tu libellos id genus libentissime lectites: sine, sine lecturias: cum mei nominis, meæq;, quantulacunq; est: eruditionis amator: laudator: admirator semper extiteris. Ego uero amicitias proborum: inter quos ipse splendescis: sitienter expeto: diligenter colo: peremniter seruo. Vale.

PHILIPPI BEROALDI HEPTALOGOS SIVE SEPTEM SAPIENTES.

m Agnum miraculũ est homo Viri ornatissimi: Maximũ miraculum est sapiens homo: qui ad beate uiuendum se ipso contentus ẽ: qui supra fortunam collocatus instar liquidi cæli imperturbatus desecatusq; degit: Cuius serenitatẽ nulla tẽpestas obducit: Cui cũ deo, uirtute conciliãte, cognatio est: qui ut celeberrimi conditores dixere: Est mortalis quidam deus: Et cum raritas ipsa conciliet rebus admirationem: Tam raro hominem sapientem uidere contingit, ut sepius mulam peperisse arbitretur Arpinas orator: quam fuisse sapientem Antiquitas multos quidem multiiugis uirtutibus præcellentes perdicat: Sed ex his septem tantum sapientum nomine censentur: Adeo ex infinitis milibus mortalium rari extitere digni tanto cognomine: Nec hi quidem ipsi, qui nominati sunt ut inquit. M. Tulius sapientes: fuerunt: Sed similitudinem quandam gerebat speciemq; sapientum: Horum sententiæ quædam catholicæ circunferuntur: quæ non tã hominũ, quã oraculorũ sunt existimandæ. Quid enim aliud est oraculum quã uolũtas sententiaq; diuina hõimis ore enũciata? Et quos tandem antistites sanctiores inuenire sibi diuinitas potuit: quã Solonem: Thalem: Chilonẽ: Reliquosque in sapientum albo conscriptos: per quos humano generi pcepta saluberrima traderẽtur. Qui

oraculũ qd



uerborũ pci rerũ fœcũdi bractenta dicta nõ paꝝ multa sententialiter ꝓtulere: Quæ breui pĩodo cõclusa latissimã cõtinẽt explicationẽ: instar legũ: quorũ scriptum angustũ est, interpretatio diffusa. Ex his ego hodierno die singula singuloꝝ apopthegmata delegi: q̃ in hoc frequẽtissimo auditorio, cetuq; uiroꝝ celeberrimo explicarem: Quæ ĩter cetera sunt illustriora & magis famigerata: quib9 nihil sanctius: doctius: cõducibilius excogitari posse cõtenderim. Ecclesiastici cõcionatores multa quidẽ salubriter ꝓ pulpitis: ꝓ tribunalibus: in ꝓpatulo: in delubris religiosissimis pcipere cõsueuerũt: Sed nihil ẽ in sermonib9 illorum ꝓlixis clamosisq; septẽ sapientũ Ethnicorũ breuibus sententiis pferẽdũ: ne dicã cõparandum. Quod idẽ uos, ubi perauero sensuros esse nil ambigo: Cunctosq; in sñiam meã nõ tã pedibus, quã aĩs ituros, asseuerãter affirmo. Itaq; dum septena septemuiratus decreta a nobis edisserunt, uos q̃so diligenter attẽdite. Hodierna hæc oratio ad duas metas dirigetur: utilitatẽ & uoluptatẽ. Vtilitas fructũ animis: uoluptas delectationem auribus suppeditabit. Initium aũt hinc auspicabimur non ex scripto ꝓnũciantes: sed ꝓut res suppetẽt: Ita uerba rebus accõmodãtes: Male. n. ut decenter ĩquit Asinius pollio uerbis eueniat: si rem non subsecuntur.

Septenarius numerus quem græci modo hebdomada: modo heptada appellant: uirtutibus potestatibusq; ĩnumeris pditus esse traditur: de quo nonnulla carptim libasse ab re: quã molior, non fuerit alienũ. Et

A De num° septenario pulchra

illud imprimis: quod is numerus septem in cælo facit stellas: quas græco uocabulo plāetas uocamus: quasi erraticas: Nigidius errones appellat: septem in tauro uergiliæ. Septem in polo arctico triones sunt. Septē circuli circum axis longitudinem. In zodiaco quoque potentia septenarii potentissima. Nanq; solstitium a bruma: æquinoctium ab æquinoctio fiunt septimis si gnis. Et cum in genituris quattuor sint mundi cardi nes ut docet Firmic9 maternus: medium cæli: imū ce li: ortus horoscopi & occasus: Oēs hii septēnario nu mero & diametrali radiatōe sese uicissim cōtuentur. Quin ēt septimus conspectus qui fit a septimo zodio hoc est signo plenissim9 potētissimusq; habet': qui ut auctor ē Censorinus quosdā iā maturos infantes edu cit ī lucē: qui græce ἐπταμένοι latine septimestres ap pellantur: quia septimo mēse nascunt': Ante quē neq; masculus ne fœmīa salubriter nasci pōt. Ad homines quoq; gignēdos cōformādosq; uis numeri septenarii ptinetur. M. Varro, Gellius: Macrobius: Cæterique clarissimi cōditores ꝓdidere. Nā cū ī uterum mulieris genitale semen datum est: primis septem diebus con globatur coagulaturq;: fitq; ad capiendam figuram idoneum: Egressus quoq; ex utero materno nume rus septēnarius suscipit ac comitatur. post partum an uicturus sit infans septima hora decernit. A septimo die nomīa infantibus īponuntur: tanquā saluti puerili tunc primum fiendum sit: ut docet Aristoteles in se ptimo de aīalibus: plurimis āte diē septimum peunti

bus. Post septimũ mẽsem fiũt dẽtitiones ĩcipiũtq; dẽtes mãdibulis emergeṝ, post annos septẽ primi dẽtes cadũt. Aliis ad cibũ solidũ subnascẽtib9 atq; succeda neis: Septĩo quoq; ãno plene absoluitur ĩtegritas loquẽdi: uñ & septẽ uocales apud græcos in usu sunt, licet quinq; p septẽ latinitas tm̃ usurpauerit. Annis uero bis septẽnis pueri pubescũt. fitq; initiũ generatõis: qd & Albertus magnus memorat ĩ octauo de aĩalibus: Annis ter septẽnis gẽitura fit pollẽs atq; robusta: & ut ĩquit Plinius noster. Crescit hõ in lõgitudinẽ: qrta annoꝝ hebdomade: ĩ latũ quoq; fit crescendi modus: quĩta oẽ uiriũ & roboris cõpletur argumẽtũ: In septĩo ãnoꝝ septẽario ut saltuatim ꝺcurrã, sũmatim q; delibẽ: prudẽtia & lingua cõsumatur: ut refert Aristoteles in septĩo politicoꝝ: & ut ãnotãt eruditi septem septies multiplicati faciũt ætatẽ: q̃ ꝑprie pfecta hẽtur & dr̃: Cũ uero decas heptadi iũgitur. ĩ decies septem ãni cõputãtur: qui septuagĩta sunt: hæc a physicis creditur meta uiuendi. Et hoc uitæ humanæ perfectum spaciũ terminatur. Quod siquis excesserit ab oĩ officio uacu9: ut ĩquit scitissime Macrobi9: soli exercitio sapientiæ uacat: Et oẽm usum sui in suadẽdo hẽt: aliorum muncrum uacatiõe reuerẽdus. Præterea medici autumãt in hoĩbus uenas uel potius arterias numero moueri septennario: Discrimina ẽt piculoꝝ in morbis maiore ui fieri putãt diebus septimis: eosq; maxĩe obseruãt: quos κριτικους ηκρισι μους. i. iudiciales appellãt ꝑpterea q; ut interp̃tatur Cornel. Celsus tunc de

A

ægris iudicatur. Hippocrates septimũ quenq; diẽ ut efficacissimum apphendit: liber Galeni est de diebus creticis siue criticis: quo septimum diẽ diebus oĩbus iudicialibus antecellere tradit potentia & nobilitate Ve℞ ut dies in morbis septimi maxime crisimi id est iudicatorii sunt: siue ut elegantius loquar decretorii: Ita per omnem uitam septimus quisq; annus priculo sus: Et uelut crisimos est. Quem scriptores climacteri cum quasi scalarium siue scãsilem nominitant. Sed ex his genethliaci difficilimos piculosissimosq; Climacteras duos perdidere: annum scilicet unde quinquagesimum: quẽ cõplent anni septies septeni: & ãnum sexagesimum tertium: quẽ hebdomades nouẽ cõficiunt: qui ab ægyptiis Androclas dictus est: ex eo qđ omnem uiri substantiã frangat atq; debilitet: Cuius mentionẽ facit & Firmicus maternus tertio matheseos. Et olĩ diuus Augustus epistola quadã gaudium animi testatus est: q; tertium & sexagesimum annum euasisset cõmunem seniorũ oĩum. Præter hæc summus modus adolescendi humani corporis est septẽ pedum. Et quibus inedia mori decretum est: septimo demum die moriuntur. Adde q; septem fuerũt spectacula in orbe terrarum mirãda: q; septem curricula ludorum circẽsium solemnia: q; septem duces ad oppugnãdas thebas profecti: Et ut hæc tã longo repetita principio ad rem nostram accomodentur: Septem sapientes græciæ famigerati extitere: quibus nomen istud dedit superior ætas: ut Ausonii uerbis utar nec

A

B

Climacterio annus giũs alit.

Inedia qui letalis.

secuta sustulit: quorum nomina sunt hæc: Solon Atticus: Chilon lacedæmonius: Cleobolus Lindius Thales milesius: Bias priæneus: Pittacus mithileneus: Periander Corinthius. Hi non parum multa sapienter & salubriter præcepere publicæ mortaliũ utilitati prospicientes. Ex quorum thesauris totidem aureas sententias: quot ipsi sunt sapientes hodierno die promemus orsi a Solone nomothetã: hoc est legum conditore clarissimo sapientissimoq;: Cui ut inquit Ausonius: Fama septem sapientum palmam dedit.

A ¶ Est igitur Solonis ista sententia: ac salutare documẽtũ τελοσ ορᾶν μακρου βιου hoc est spectare uitæ iubeo cũctos terminum: Id Crœso regi dictũ omnes homines sibi rictũ putent: iubet Solon spectandum esse finem uitæ. & ex eo beatos aut miseros mortales dicẽdos. Tanquam ante supremum diem beatus nemo. dici merito possit. Sententiæ Solonis subscribit Ouidius illis uersibus uulgatissimis: Sed scilicet ultima semper Expectanda dies homini est: diciq; beatus Ante obitum nemo supremaq; funera debet. Ita est profecto: ut inquit uerissime plinius. Alius de alio iudicat dies: suprem9 de omnib9: ideoq; nulli credẽdum est: & si uerum facere iudicium uolum9: ac repudiata omni fortunæ ambitione decernere: mortalium nemo dicẽdus est felix. Tu qui robore corporis & ualitudine ꝓsperrima te beatũ ducis, respice uitæ terminũ: nescis quid uesper serus uehat. Namq; febricula: uulnusculũ: uipæ denticulus, ulcusculum possunt uel

Milõis uires:uel Iunii ualentis lacertos:uel Rusticel-
li romani Herculis robur subneruare:& unius diecu-
læ spatio oẽm qua prius fidebas, fortitudinem depo
pulati. Qui tãtulo cãu extingui potes: Et sicut Ana-
creon acino uuæ passæ strãgulari:Sicut fabius sena-
tor in lactis haustu uno pilo suffocari. Scito nihil fra-
gilius homĩe esse:nihil imbecillius. Tu qui latifundia
ingentia possides:& diuitiaꝝ opulẽtiis suffarcinatus
incedis ostentator insolẽs:& iactãticulus specta uitæ
exitũ:Scito bona fortunæ mobilia eẽ:fluxa:instabilia
quæ prout repente dãtur:sic etiã repente adimuntur
Cogita multos te ipso longe opulentiores aquã & pa
nẽ emẽdicasse:& ut Senecæ uerbis utar locuples es
nũquid Pompeio:cui defuit panis & aqua: qui fame
& siti periit. Tu qui fortunæ alumnum imo partum te
esse existimas: qui principatu & opibus polles: Cui
ex animi sententia cuncta prosperrime succedunt:fi-
nem uitæ respicito:Cogita quod quiuis beatus uersa
fortunæ rota ante uesperam potest esse miserrimus.
Cogita multos in medio cursu florentium gloriarũ
fuisse pessundatos: Et a summo culmine dignitatis
excussos:Ex beatis:ut uulgo credebantur:factos repẽ
te miserrimos. præsto sunt innumera felicitatis fluxæ
& fortunæ uariãtis exempla. Ex quibus duo:aut sum-
mum tria ad præsens rettulisse sufficcerit.

¶ Dionysius Syracusanus gentium quondam ter-
ror regno deuolutus Corinthi ludum litterarium ex-
ercuit:seq; eo artificio sustentauit filius Persei mace-

donū regis artem ferrariā ob quærendum docuit uin
A ctum: Verum, ne longum faciā, Crœsi lydorum re-
gis opulentissimi historiā breuiter, summatimq; per-
currā: ad hoc negociū prope peculiariter pertinentē.
Solon decēnali illa peregrinatiōe cum Sardis ad Cre
sum peruenisset hospitaliter in regiā exceptus est: Et
cū iussu Crœsi oēs thesauri, omnisq; regia suppellex
eius oculis contemplanda præberentur: Et cum ipse
rex omni ornatu pretiosissimo sese excoluisset: subli-
miq; in solio cultissim9 sedisset: ferunt interrogatum
Solonē ecquod formosius unquā spectaculum uidis-
set: Respondisse Gallos gallinaceos: phasianos: atq;
pauones se uidisse. naturali enim eos flore & inenar-
rabili formositate uestiri. Preterea: quod facit ad cau-
sam: Crœsus Solonem percontatus est quem homi-
num beatissimum: uel ut quidam tradunt quē homi-
nem se ipso beatiorem uidisset: Tunc Solō citra assen-
tionem omnem Tellum municipem suum se uidisse
respondit, docens Tellum optimum uiꝝ fuisse, filiosq;
ac nepotes probatissimos: habuisse: qui cum itegerri
me sanctissimeq; uixisset: & hoc cui, qđ longissimum
mortales degunt, feliciter traduxisset: pugnās strenue
pro patria hoste in fugā uerso mortem pulcherrimā
oppetierat. Iteꝝ Crœso sciscitāte quemnā secundum
a Tello beatissimum uidisset: Cleobem inquit & Vi-
tonem: qui cum dies festus iunonis apud argiuos fo
ret: oporteretq; matrem illoꝝ ad solemne sacrificium
curru uehi: morarenturq; iumenta: tunc ipsi iugum

ſubentes: & uicariã boũ opum obeũtes: in fanum ma
trẽ aduexerũt: oĩbus tantã pietatẽ laude celebrãtib9
Tunc mater pcata deã dicitur: ut illis premium daret
pro pietate qd maximũ hõi dari poſſet a deo. poſt hãc
pcationem epulati cũ parẽte adoleſcẽtes cum ſomno
ſe dediſſent nõ ſunt ãplius excitati inuentiq; ſunt ma
ne mortui: optio genere mortis defuncti. Tunc Crœ
ſus ĩdignabũdus cõturbatuſq; adeo ne ĩquit o Solon
tibi p nulla cõtẽnitur noſtra fœlicitas: ut ne priuatis
quidẽ uiris nos æquipandos ducas? Et Solõ, cuius in
geniũ minĩe erat adulatiõibus accõmodatũ o Crœſe
ĩquit calamitoſus eſt hõ: neq; ãte obitũ beatus ẽ dicẽ
dus: Cũ uiuẽtis felicitas: ut certantis uictoria ĩſtabilis
incertaq; ſit: Et oĩs rei oportet ĩſpicere exitum: quo ſit
euaſura: quoniam multos deus: quibus fortuna ſub-
ſcripſerat arriſeratq; pauliſper: radicitus euertit. Hæc
cum Solon prope diuinitus diſſeruiſſet: dimittitur
pro indocto deſpectiſſimoq;: qui bonis preſẽtibus p
termiſſis iuberet ſpectandum uitæ terminum. Sed
quã uera foret Solonis ſententia euentus oſtẽdit. Nã
que haud ita multo poſt Crœſus cum Cyro perſarũ
rege depugnans plio ſuperatur: capiturq;: atq; ĩcẽdio
deſtinatus pyræ flagranti ſuperponitur. Tunc cum
mentem ſubiiſſet Solonis recordatio dictitanti ex ui
uentibus beatũ eſſe neminẽ: Ter ingenti ſono excla-
mauit o Solon: Solon: qui interrogatus quam ciendi
ſolonis cauſam haberet, ſeriem per omnẽ cuncta Cy
ro ediſſerit. miſeratur ille uimq; fortunæ uidens cum

ſe quēq; hoīem eē noſceret laudat Solonē: Creſum
in amicis hēt: quē ſecū iubet reliquum qd eēt uitæ de
gere. Ita uiſus eſt Solon eadē orōne alteꝝ ſeruaſſe ex
regibus: cautiorē & prudentiorem alteꝝ reddidiſſe.
hæc ex Herodoto. Plutarcho. Laertio. Luciano. Au
ſonio. M. Tullio cæteris. hinc exiit illud ſatyrici poe
tæ: Et creſum quē uox facunda Solonis: reſpicere ex
tremæ iuſſit ſpatia ultima uitæ. Secūdū hanc Solonis
ſnīam uidet̄ dici poſſe beatus clariſſimus iuris con
ſultorum & legalis doctrinæ theſaurus ſocer meus
Vincentius Paleotus: nunquā a me ſine honoris præ
fatione nominandus, qui animi dotibus cultiſſimus
diu inter legales profeſſores obtinuit in hoc gymna
ſio primatum. Stare aūt in faſtigio: eē ſummi ſubſelii
uiꝝ quā dulce, quā iucūdū ſit, ſciunt illi, qui eminēt: qui
bus datū eſt in doctrinaꝝ arce cōſiſtere. idem diuitias
bono mō ptas reliquit luculētas: q̄les inter felicitatis
munera numerat Plato: & metellus expetiuit: Dom9
uero Iuriſconſulti cū ſit totius oraculum ciuitatis: Ia
nua & ueſtibulū ſoceri mei perinde ac alterius. Mutii
ſceuolæ maxima quotidie frequentia conſultorum ac
ſummoꝝ hoīum ſplendore celebrabatur. prīcipi aūt
placuiſſe cum maxima laus ſit, ſummuſq; honos: ſo
cer meus illuſtriſſimo principi noſtro Io. Bentiuolo
adeo carus: adeo iucundus fuit: ut ſine illo cœnare iu
cunde non poſſet, ut edulia omnia ſine illius cōdimen
tis inſulſa ingratiq; ſaporis eſſe uiderentur. erat. n. fa
bulator elegantiſſimus: ac fandi dulciſſimus: qui cun

cta pricipalis mētis nubila dictoꝝ tempestiuitate di-
scuteret: & facetosa urbanitate exhilararet: qui meri-
to uir oīum horaꝝ dici poterat: id qđ de Asinio Pol-
lione seriis locisq; accōmodato dictum est. Ad hæc
cum omnis beatitas sine sobole māca sit, & mutila:
ut auctor est Aristoteles in primo æthicorum: ex hac
quoq; pte socer meus felix cēseri potest: qui cum ex
duabus uxoribus primariis feminis liberos sex & tri-
ginta susceperit: undecim superstites reliquit: & cum
meta uiuendi homini esse dicatur annus septuagesi-
mus: cunq; felicitas sit in felicitate mori, ipse hunc ter-
minum transcendens annos impleuit tres & septua-
ginta: senioq; beatissimo atq; honoratissimo degens
nuprime decessit alui profluuio: quod gen9 mortis sa
ne lenissimū est: quo & maximi romanorum impera-
tores obiere. Accessit & hic quoq; cumulus consumā
dæ hominis felicitati: ut feretrum subierint filii octo-
piētissimi: ut paternum cadauer. in ædem diui Iacobi
ad sepulchrum usque humeris hora uespertina ex ritu
priscorum deportauerint: ministerio uespillonum ac
sandapilariorum laudabiliter fungētes: quod uni Me
tello macedonico contigisse inter rara felicitatis hu-
manæ exempla memoratur. Libuit ex amoris affectu
qui potentissimus est: quo socer genero parentis lo-
co est: in hoc diuerticulum non minus fauorabiliter
quam tempestiuiter excurrere: ut quē uiuētem reuerē
ter colui: pieq; dilexi: eundem defunctum pro uirili p
te cōmēdem posteritati: quāquam uiuit uigetq; fama

uir horaꝝ oīum.

doctrinarum: florent: atq; i manibus hentur consultissima ipsius rnsa. Sed cu ad metione defunctorum testemur: ut inquit Plinus memoria eorum a nobis no sollicitari: Iam ad ppositu redeamus. Vltra mundanu Deu pre cantes ut manibus soceri tribuat certum i cælo locum, ubi beati sepiterno æuo pfruantur: ut ita iter imortales beatissime agat: sicut inter mortales felicissime uixit. Aristoteles in prio Ethicorum Solonis hanc de spectan do uitæ fine sniam reprobat, repcutitq; ut absurda, qui beatos uiuentes dici debere autumat, no defunctos: cu felicitas opatio qda sit. Solonis & illæ sentetiæ sut. Rege, cum prius didiceris regi: Ronem ut duce seq re. Nolito malis cogredi. Deos uenerare. pentes reue rere. leges aranearum telis simillimas ee dicebat. Vt.n. illas infirmiora aialia tenere: ualentiora transmittere: Ita his humiles & pauperes costrigi: diuites & ppote tes no alligari. Quida hoc Anacharsi atribuunt. idem eos: qui apud principem plurimum pollerent, essent que maxime fauorabiles, calculis ratiocinatoru com parare solebat: Naq; ut illi iterdum maximum nume ru, interdu minimum designant: ita & illos, prout prin cipibus libitu fuerit: aliquando illustres & inclytos ha beri. Aliquando obscuros & ignobiles: Quandoq; posse totu: quadoq; minimum. Cui consimile Orotis Artaxerxis generi apophtegma accepimus. Sed iam tempus est ut primo curriculo decurso lacedæmoni um cursorem spectemus: Quemadmodum celeritate quada peculiari ad metam festinabundus properet.

Felicitas qd.

Laconibus sp̄ breuiloquiū cordi fuit: qđ laconi-
smon uocant: unde chilon breuiloquus sic inq̄t γνῶ A
θι σαυτον. Latine dr̄ nosce te ipsum: siue, ut interp̄tat̄
diuus Hieronym⁹, scito te ipsum: hoc chilōis p̄ceptū
tā salutare est: tanq̄ ad cūctos generaliter p̄tinēs: ut ī
tēplo apollinis delphici lr̄is aureis consecratū merito
fuerit: ut & ipsi deo ascribat̄: qui consulenti ad beatita
tē, quo itinere p̄ueniret: si te inquit cognoueris. Igno
rantia. n. sui ut inquit Plato uolumine de legibus ter-
tio p̄niciosa est. Plautus in pseudolo ait, in foro uix de
cimus quisq̄ est: qui ipsus sese nouerit, adeo pauci sūt
qui nouerint semetipsos. Nos igitur in præsentia fece
rimus operæprecium, si curiose trutinabimur atque
dispiciemus, quemadmodum homo seipsum noscat.
Cuius sententiæ intellectus atq̄ interprætatio latissi-
me diffunditur. Et ad res p̄pe sexcentas apposita est.

Solomon in cantico canticoꝝ ad animam quasi
ad mulierem sub cōminatiōe loquens dicit. Nisi co-
gnoueris temetipsam o pulchra inter mulieres. Ad
monetur anima ex Solomonis p̄cepto: ut noscat se
metipsam. ut impleat chilonis oraculū. γνῶθι σαυτον
nosce te ipsum. dicitur aūt aīa, quī est hō uerus: & hō ī
terior ab ecclesiasticis scriptoribus nūcupatur. Agni
tionem sui cape si intelligit quid sit: & qualiter mouea
tur: id est quid in substantia: quid in affectibus hēat:
utrum sit sanguis ut Zeno credidit: An spiritus ut
Hippocrates: utrum ignis ut Hipparchus: an aer ut B
anaximenes: An enthelechia ut Aristoteles. An essē

τιαςυτο κρατος idest se ipsum mouẽs ut Plato: Vtrũ facta sit: an oĩno a nullo sit facta: & si facta quõ facta utrum per traducem seminis corporalis ut origo eius pariter cum origine corporis traducatur: quod sentit Tertulianus: & idem sensisse Lactantium autumat Ruffinus: An pfecta extrinsecus ueniens parato iam & formato intra uterũ genitalẽ corpori induatur: Et utrum nuper creata ueniat ĩ corpus: An prius & olim facta ob aliquam cãm ad corpus sumẽdum uenire existimetur: quid credidit Origines Adamantius. Ignoratur enim quæ sit natura Animi: ut inquit Lucretius: Et auctor est Lactantius: nõdum inter philosophos conuenit, quid sit anima: nec unquam fortasse conueniet. Item homo cognoscit semetipsum quando disquirit an mortalis sit: & una cum corpore intereat: ut Epicurei persuasissimũ habuerunt: & Sadducei existimabant: Bn immortalis: ut omnium nobilium philosophorum scholæ cõclamant: num aliud post mortem corpus assumat: quod Pythagoras asserit: & pythagorici dogmatis assertores affirmant: apud quos palingenesia id ẽ regeneratio & metempsicosis hoc est transanimato celebrantur. Præterea cognoscit se ipsum homo, quando noscit quæ agenda sint: quæ cauenda: quid sibi desit: quid abundet: quid emendãdum ut uituperabile: quid seruandũ sit ut laudabile. M. Tullius in prima Thusculana præceptum ĩquit Apollinis quo monet ut se quisq; noscat: non præcipit ut membra nostra; staturã figuramq; noscamus:

de animi na,

neq; nos corpora sumus: sed cũ dicit nosce te,hoc dicit nosce animum tuum:Nam corpus quasi uas est animi,aut aliquod receptaculum.ab animo tuo quicquid agitur:id agitur a te.Item in epistola ad quintum fratrem.illud γνωθι σαυτον:noli putare ad arrogantiam minuendam solum esse dictum:uerum etiam ut bona nostra norimus.Item in quinto de finibus bonorum:Iubet nos pytius Apollo noscere nos metipsos.cognitio autem hæc est una:ut uim nostri corporis animiq; norimus:sequamurq; eam uitam:quæ rebus ipsis perfruatur. Plato in Charmide præceptum hoc interpretatur nosce te ipsum:id est temperate uiue tanquam se ipsum cognoscere tempetantia quædam sit:Et ita homines templum ingredientes singulari hac sententia deus alloquitur: nihil aliud præcipiens.quam uiuere temperanter.Præterea illud γνωθι σαυτον illum habet intellectum:ut norit quisq; quid se potissimum deceat:quod ad omnem sexum,ad cõditiones omnis hominum referri potest.Tu qui princeps es:Cuius nutu cuncta geruntur:nosce te ipsum. Cogita te esse ποιμενα λαων hoc est pastorem populorum:cuius tutelæ salus subditorum cõmissa est.Noscito Princeps te esse animam ciuitatis,illam corpus tuum.Te omni indulgentia fouere oportere ciues tuos,& reipublicæ magis quam priuatæ consulere. Vt gubernatori cursus secundus:medico salus imperatori uictoria: sic principi & reipublicæ moderatori beata ciuium uita proposita est: ut opibus

firma copiis locuples uirtute honesta sit. Olim legati scytharũ Alexãdro magno dixerũt: si deus es, tribuere mortalibus beneficia debes: non sua eripere: Sin aũt homo es id quod es, semper esse te cogita. stultum est eorum meminisse, ꝓpter quæ tui obliuiscaris. Tu qui magistratus es nosce te ipsum. intellige te gerere personã ciuitatis debere: Et iura fidei tuæ esse commissa. Tu scolastice qui legũ: qui pontificii iures: qui philosophiæ: qui medicinæ qui eloquentiæ es candidatus: scito te ipsum: nosce te intus & incute ut dicitur: ingenium tuũ solerter introspice: & uide cui disciplĩæ sis idoneus. Nã scite præcipit oratius: Tu nihil inuita dices

A faciesq; Minerua id est aduersante & repugnante natura: ut ĩterpretatur. M. Tullius. Olim Isocrates ephorũ discipulũ a forensibus causis subduxit componendis historiis accõmodatiorem ratus. male enim respõdent coacta ingenia. reluctante natura irritus est labor. Ideoq; ut monet Seneca: inclinandum est eo: quo te uis ingenii refert: hinc probari accepimus Alabãdẽsem apolloniũ: qui cum mercede doceret: tamẽ nõ patiebatur eos, quos iudicabat nõ posse oratores euadere, operam apud se perdere. dimittebatq;: & ad quã queq; artem putabat esse aptũ: ad eam impellere atq; hortari solebat. Scriptor in omni genere doctrinarũ noscat semet ipsum & ingenii sui uires ante ꝑpẽdat: & ut salubriter præcipit orati9: quid ferre recusent quid ualeant humeri diu secum uerset. qua in re dii boni quã multi peccant atq; cecutiunt: qui nec se satis

noscunt,nec sua. Tu qui inhias honores:ambis præfecturas nosce te:& dic tecũ nũquid sis dignus illis fascibus:ad quos tam sitienter anhelas. Recordare id quod olim dixit Metellus Mario: quem ad consulatũ festinantem & ob id missionem flagitantem monuit ne super fortunam animum gereret. Nõ omnia omnibus cupienda esse. debere illi res suas placere. Opifices:cerdones norint semetipsos.meminerint tenere se intra pelliculam. Et ut inquit ille in propria pelle quiescere. Sutor ne supra crepidam iudicet:ut pcepit Apelles. Quod medicorum est pmittant medici:tractent fabrilia fabri. Naturæ noscat semina quisq; suæ. unusquisq; sua nouerit ire uia:& ut uetus uerbum est: Quam quisq; nouit artẽ in hac se exerceat. Sulmonẽsis poeta i libris de arte huiusce oraculi sic meminit: Fama celebrata p orbẽ Littera cognosci q̃ sibi quẽq; iubet. Vbi monet iuuenes ut in amatoria palæstra norint semetipsos. Nã qui sibi notus erit solus sapienter amabit. Satyrograph9 e cælo descẽdisse pdidit. hoc γνωθι σεαυτον. Quod pcipit intimis pcordiis eẽ figendũ & memori seruãdum pectore:siue coniugiũ q̃ras: siue cãm agas:siue senator esse uelis. Neq; enim loricã poscit Achillis Thersites. quin ẽt si quid empturus es nosce te:nec mulũ cupias qui piscis est pciosissim9: cum sit tibi gobio tantum in loculis. buccæ noscenda est mensura suæ seruãdaq; rebus tam magnis quam minimis. uersiculus græcus est uice prouerbii celebrat9. τογνωθι σεαυτον παντaχου εσι χρησιμον q; signi

ficat nosce se ipsum ubiq; esse frugiferũ. Et nullũ mehercule põt esse pceptũ conducibilius: & quod ĩ uniuersum ad omnia melius accõmodari possit quã hoc. Quod si unusquisq; uestrum: in omnibus actionibus suis habuerit in memoria atq; in pectore: pleraq; agetis utilius inoffensiusq;. Chilonis & illæ sententiæ celebrantur. In uia non festinandum. Interloquendum non agitandam manum: quoniam id uecordiæ specimen est. Linguã in conuiuio continendã. Dãnũ potius quã turpe lucrũ eligendũ: Iracundiã supandam.

Sed iã a Chilonis curriculo ad Cleobulum stadiodromon trãseamus. is igitur sñiam illã bracteatam & uere aureã condidit ϵρισον μετρον. Quod latine interpretatur, optimus est modus. huc ptinet illud quoq; græce dictũ. μηδεν αγαν: idest nequid nimis: quod tã celebre factũ est: ut comico quoq; Terentii uersiculo expssum sit: id arbitror apprime in uita esse utile: nequid nimis. Plinius chilonis pceptũ cẽ autumat nihil nimiũ cupere: Sed id siue ab hoc, siue ab illo dictum sit, pa᷑ refert, et nihil ad nos: dũmõ cõstet dictum esse & sapiẽter & a sapiẽte. Porro autẽ quid sapiẽti⁹: quid salubrius pcipi põt: quã modũ esse optimũ. cũq; in rebus oĩbus custodiendum. Nã loquẽdi & tacendi: uigilandi & dormiendi optimus est modus. studia labores: cult⁹: supellex: deniq; quicquid ĩ oĩ uita ẽ modum istum, mediocritatẽq; requirunt: tãquã rẽ re᷑ oĩum optimã, saluberrimãq;. Plinius pniciosissimum esse ĩquit in oĩ uita, quod nimium, Plaut⁹ in penulo modus oĩ

Cleobuli sñia

bus in rebus soror optimus est habitu: nimia oía nimium exhibét negocium hóibus ex se. Plini9 minor. Optimus inquit modus ē. quis negat? Quintilianus in quarto: modus ubiq; custodiendus ē, Plato in Menexeno pcipit pendum esse ueteri prouerbio, quod ē μηδεν αγαν: idest nihil nimis: ut siue pecunias hó nāciscat, ac filios: siue amittat: neq; lætitia imodica exultet: neq; dolor nimio cōflictet: Philosophi tradunt uirtutes esse mediocritas: quod græce dicunt. τασ αρετα μεσοτητασ ειναι Aristoteles i ethicis quid alid docet, quā uirtuté eē mediocritaté i meditullio excessus ac defectus collocatā: ut quicquid a modo medioq; recedit in inter uitia sit annumerādum. quod oratius poeticis numeris eleganter complexus est: Virtus ē medium uiciorum & utriq; reductum. Item in sermonibus. Est modus in rebus sunt certi deniq; fines. Quos ultra citraq; nequit consistere rectum. Schola omnis eruditorum clamat cuncta ferme ad mediocritatem referenda: quā merito aureā appellant: quæ oratiano præconio sic extollitur. Aureā quisquis mediocritatem deligit tutus caret obsoleti sordibus tecti, caret inuidēda sobrius. aula, marc9 Tullius mediocritaté i uestitu, sicut i plerisq; reb9 optimā eē pcipit, hic nimiū Hesiodus dimidium pl9 toto eé itelligi uoluit, cū ait πλεον ημισ υπαντοσ q: uidelicet moderatū imoderato meli9 ē: & ita plato enodat hesiodicū scriptū q libro tertio d legib9 & i qrto de repu. scribit rectissime dictum eē ab hesiodo dimidium pl9 eē, quā totū

quãdo uidelicet totum cõprehendere noxiũ est: dimidium uero tẽperate se habet: docetq́ prĩcipatum moderate constituendum esse & ad mediocritatem redigendum. Cõsimiliter Aristoteles ĩ quarto politicorũ dimidium esse plus toto docet. ex eo qđ gubernatio moderata durabilior est & melior quã immoderata. Extat ĩ appẽdicula cõmẽtarioꝝ nostroꝝ ĩ trãquillũ interptatio explicacior sup hoc hesiodi paradoxotato. Quod moderatũ ĩmoderato anteponẽdũ & optius ĩ prĩcipatu modus sit euidẽter ostendit exẽplum Theopõpi dignum memoratu: qui cũ esset Rex sparthãorum ephoros primus instituit: Qui ita regiæ potestati apđ lacedæmonios oppositi sũt: sicut apđ Romanos Tribuni plebis consulari ĩperio obices & refractarii opponebãt. ob id cũ uxor maritũ criminaret dicens eũ relicturum filiis minorẽ potestatẽ: fert Theopõpꝰ laudabilẽ uocem emisisse: Relinquã inquit minorem filiis potestatẽ o uxor, sed diuturniorẽ. hoc idẽ sensit Alexãder Romanorũ ĩperatoꝝ moderatissimus: qui cũ ei mater Mãmea & uxor memia nimiã ciuilitatem ac moderationẽ ĩ prĩcipatu agẽdo obiectarent, & sæpe dicerẽt: molliorẽ tibi potestatẽ & cõtẽptibiliorẽ impii fecisti: Scite respõdit: sed securiorẽ atq́ diuturniorẽ. huic dies nũquã trãsiit: quo nõ aliqđ mãsuetũ: ciuile: piũ fecerit: qui ueluti sñiam illã ꝓbãs: qua dicitur. moderata durant. Tantæ fuit moderationis ut omnibus se blãdum affabilẽq́ pberet. Aristoteles in problematis ad medicũ pertinẽtibus secũda inquit ua

tudo mediocritas quedã ẽ frigido & calido:hũido:&
ſicco:ex quibus corpora mortaliũ cõpacta ſunt. Tem
peratis & mediocritate quadã cõgruẽtibus: quoꝝ de
fectus:uel exceſſus morbos gignit ut medici tradũt.
Et ut auctor eſt Plato ĩ Timeo elementa ſiue princi-
pia ex quibus conſtamus:per exceſſum defectũq; ex
proprio loco in alienum tranſlata inteſtinam quandã
ſeditionem,& ægritudines inferunt:Inde enim fit ut
immodice aut caleſcant frigida: aut madeſcãt arida.
Et cætera omnia ſimiliter permutentur. Et ita medio-
critate ac temperamento de corporibus ſubducto
mutationes uariæ:morbi:corruptiones prope ĩfinitæ
irroborant atq; inualeſcunt. Huius platonicæ ſenten
tiæ teſtimonium citat Galenus in primo de elemen-
tis:cui ſubſcribit ſchola medicorũ. Et cor.celſus aſti-
pulatur:qui ſic refert in primo. ex quattuor principi-
is uel ſuperans aliquid uel deficiens aduerſam ualitu
dinem creat. Columella quoque libro quarto agrico-
lationis opus eſt inquit inter has tam diuerſas ĩæqua
litates magno temperamento: quod in corporibus
noſtris quoque deſideratur :quorum bona ualitudo
calidi & frigidi : humidi : & aridi : denſi & rari cer-
to & quaſi exanimato modo continetur. Galenus
in libris complexionum. Complexionem æquabilẽ
ac moderatam dicit eſſe optimã. Nõ me præterit cau
ſas morborũ pluriſarias a medicis ꝓponi:quarũ alias
uocãt abditas,alias euidẽtes:& Hippocrates in libro
de flatibus ſpiritũ morboꝝ oĩum patrẽ & auum nun

cupat: uerum ex cūctis id colligitur qđ initio ꝓpositū ē sanitatē mediocritate subsistere: optimū esse in rebus humanis modū: immoderata reprensibilia: qđ adeo uerum est: ut sapiens insipientis æquus iniqui nomē ferat ultra, quā satis est uirtutem si petat ipsam: ut ex remediis uitia fiāt, si nimia, & imodrata sit medicīa. Quapropter diligēter etiā atq; etiā caueant medici: qui uitæ nr̄æ necisq; imperatores sunt ne ī potionibus medicamentorum ꝓpinādis excedant modū: ut catapotia ut alexipharmaca: ut antidota mixturis rerū medicarū salutari temperamento cōpositis ꝓpinentur: ut potius itra modum medicina salutariter coherceatur, quā supra modū lætaliter exuberet. Error enim ī medico pestiferus est: nec patitur emendationem: & ut auctor est Galenus in primo simpliciū. Medici errantes præcipitauerunt secū gentes innumeras. Cibus quo alimur & substentamur noxius fit corpori, & exitiabilis, si sit immodicus. Venæ: ut auctor est Cato portius: suffiate ex cibo non possunt perspirare in toto corpore: unde aliquis morbus nascitur. Et ut refert Io. Chrysostomus: quod in decretis quoq; cāonicis repetitum est. Abundantia cibi morbum facit: & molestias ingerit: & ægritudines generat. proinde salutariter præcipit Auicenna inter classicos medicos clarissimus ita surgendum a mensa, ut reliquiæ appetentiæ adhuc super sint. Vino quo uires: sanguis: colos hominum alunť: cui9 utilitatē Asclepiades uix deorum potentia æquari posse pronunciauit nihil ꝑniciosius:

ut ĩquit uerissime Plinius si mod9 absit. Idẽ alibi ue-
lut ex oraculo cecinit multo utilissimã esse tẽperantiã
in cibis: Item inter medicinas ab hoĩe pendentes esse
ait abstinere a cibo nimio aut potu. Vio modico ner
ui iuuant: copiosior lædunt: sic & oculi. quid multa?
Adeo antiqui modum ẽẽ optimum ĩ reb9 crediderũt:
ut in agricolatione: in qua quanto quis maiora pos-
sidet latifundia, tanto fortunatior censetur: modum
agri imprimis seruandum putauerint. quippe ita esse
cẽsebant satius esse minus serere, & melius arare: sup
quo lucius columella oĩs rusticationis cõsultissimus
sic scribit: Nos ad cætera præcepta illud adiicimus
quod sapiens unus de septẽ in ppetuum posteritati p
nunciauit, adhibendum modum mensuramq; rebus:
idq; ut non solum aliud acturis: sed & agrum paratu-
ris dictum ĩtelligat: Ne maiorẽ fundum quã ratio cal
culorũ patitur emere uelit. In eadem sententia uirgili
um fuisse animaduerto ita pcipientem: Laudato igẽ
tia rura exiguum colito. Plini quoq; noster cui nihil
ĩtẽtatum, nihil inexptum fuit, iudicio ĩquit modum re
rum oĩum utilissimum: Quin etiã iuriscõsulti modum
ĩ suppliciis decernendis pbãtes salubriter precepunt
pœnas interptatione legum molliẽdas: moderãdasq;
potius ẽẽ quã exaspandas. igitur ne ĩmodici ĩmodera
tiq; iudicemur: cludam9 modum optĩum utilissimum
q; esse rerũ oĩum cõcinẽtes cum Sidonio Apollinari.
Lindie qd cleobule canis modus optimus esto. Item
Lindie tu Cleobule iubes mod9 oĩb9 ut sit. Inter cleo

buli sententias celebriores & illæ sunt. Ingratus ne sis. Amicos beneficiis fouendos: inimicos amicos faciendos. Ante quã domo quis exeat quid actur9 sit, secum cogitet: Rursus cum redierit quid egerit, rememtiatur. Vxorem comparem eligendam. Audiendi magis quã loquendi studiosum esse oportere.

A Subsequitur Quarto loco Thales milesius: qui si Apuleio credimus ex septem illis sapientiæ memoratis uiris fuit facile pcipuus: utpote qui Geometriæ primus repertor extiterit. Et naturæ rerum certissimus explorator. & astro℞ peritissim9 cõtemplator: qui aquã principiũ re℞ esse cẽsuit: Cui Tripos ex pscripto oraculi datus ẽ: cũ sapienti dandũ esse cecinisset. Is itaq; uadimonia perinde ac noxia præcipit fugienda: cuius hæc sunt uerba. εγγυα ϖαρα δ᾽ ατη latine dr̃. spõde noxa psto ẽ: per mille possum ut ausonii uerbis utar, currere exempla, ut pbẽ pdes: uadesq; penitudinis: reos: sed nolo nominatim quenquã dicer̃: sibi quisq; uestrũ dicat, & secũ putet: spondere quantis damno fuerit & malo. Plinius inquit comitem æris alieni atq; litis esse sponsionẽ. Eamq; sniam assignat chiloni lacedæmonio: sunt nõ parũ multi codices pliniani in quibus nõ sponsionẽ legas sed miseriam utraq; lectio suos assertores habet. Plato in charmide inscripta esse p apollinis delphici templo testatur: Tria hæc pcepta: Nosce se quenq;: nihil nimis: Et sponsioni adiuncta incõmoda. Laertius Diogenes chilonis inquit hæc sentẽtiola est: sponsioni non deesset iacturam. Sed pleriq;

omnes eam assignant ascribūtq; Thaleti: Quod & nos seq̄mur: De quo Sidonius apollinaris, Thales mileto genitus uadimonia culpat: Et aliubi: Mileto qđ Crete Thales uadimonia damnas: ex hoc saluberrimo præcepto admonemur cauere a spōsionibus: ne uerbo℞ obligationibus uinciamur: ne p̄des: uades: sponsores: quod detrimentosum est: efficiamur: multos redegit ad ĩcitas & egestatem formula illa stipulationis: Mihi decem dabis? dabo. Mihi decem dare spōdesne? spōdeo. hoc est illud dānosum uerbum: de quo intellexit Ouidius illo uersiculo: Vnius ut uerbi grandia damna ferat. hæc est plautina stipulatio ex pseudolo: ubi senex stipulatur uerbis ita conceptis: Viginti minas dabin? Respondet leno dabuntur: & ita ex hoc uerbo obligatus uiginti minas soluere cogitur. Vnde mox quæritabundus dolenter infit.

Auferetur id præmium a me, quod promisi p iocum: Cauete ergo hoc uerbum spondeo. cui comes est noxa. siue iactura. Cauete a stipulatione. quæ obligat p̄missores. quæ ut diffinit pomponius iuris consultus titulo de uerborum obligationibus, est uerborū conceptio: quibus is, qui interrogatur, daturum facturum ue se id, quod interrogatus est, spondet. pragmatici homines in callido uersutoq; iure solentes. quorum aucupia sunt uerborum, syllabarumq; tendiculæ omnibus præceptis historiis uersibus cauere iubent, & uetant credere: Alterum se facere ait. Marcus Tulli9 ut scilicet caueat, Alterum ut non credat se facere nō

Ouidij loc.

posse: Vos utrũq3 facite diligẽter cauete: nec temere credite. Nã quiui cauet ne decipiatur: ut inquit plautinus senex: uix cauet cum etiam cauet: etiam cũ cauisse ratus est: Sæpe is cautor captus est. Apud Liuium ait Philippus macedonum rex non oĩum se fidei credere. Cauendi autem credendiq3 itellectus multiplex est: & ad multa protenditur. uerbum illud uetus: non putaram: in omni negocio turpe est. Cuius comitem scitote esse pœnitẽtiã. Subit hac in parte admirari priscorum diligẽtia: qui reos dici uoluerũt eos: qui quid ꝓmisissent spopõdissentue. Caueamus ergo ne ꝑ spõsionẽ in numero reoꝝ habeamur. Ne unius uerbi fluctu in dispẽdii scopulũ illidamur. Thaletis & illæ sententiæ circũferunt. Antiquissimũ oĩum esse deũ: pulcherrimũ mundũ: uelocissimã mentẽ, quæ per uniuersa discurrat sapientissimũ tẽpus: quo oĩa inueniantur Idem triũ maxime reꝝ causa gratias sese agere naturæ dicebat, quod homo, & non bellua: ꝙ uir & non fœmina: ꝙ græcus natus esset, & non barbarus.

thaletis fuit

A Sed iã peracto quarto curriculo. Quintum decurramus: cui⁹ quadrigarius ac ductor est Bias prienẽsis: is olim filio ad ægyptios ꝓficiscẽti ꝓcepit: ut εφοι διον προσ γηρασ: idest uiaticũ ad senectutem sibi compararet: uirtutem nimirum pro uiatico intelligas: quæ sola est certa ac uera possessio. Idem cum patriam prienam cœpisset hostis cæteris multa de suis rebus dum fugiunt asportantibus admonitus a quodã ut idẽ ipse faceret: ego uero ĩquit facio: nã oĩa mecũ mea porto.

Huius itaq; biantis est illa sententia: πλεῖσοι κακοὶ la-
tine dicitur plures sunt mali. quã sit hoc uero ueri9 ho
mo nemo gnarus sciusq; rerum humanarum est, qui
ambigat Deteriorum magna natio est: ut inquit ueris-
sime Cicero: boni uero singulares. Omne tempus
Clodios ut Senecæ uerbis utar: non omne Cato-
nes fert. ad deteriora faciles sumus: & Catilinam ut
ait satyrographus quocunq; in populo uideas quocũ
que sub axe: sed nec brutus erit, bruti nec auunculus
usquam: Rari quippe boni, numero uix sunt totidem,
quot thebarum portæ, uel diuitiis ostia nili.
Apud sodomitas ut canonicæ scriptur̃ prodiderũt.
Decem boni iuuenti non sunt. Quorum bonitate
improborum uiciositas sustentari posset: Mores bo-
ni ut inquit Plautus in trinummo sunt intermortui:
Mores uero mali quasi herba irrigua succreuerunt
uberrime. Cum uideris forum multitudine refertum,
& septa concursu omnis frequentiæ plena: scito illic
tantundem esse uiciorum, quãtum hominum. omnia
uiciis ac sceleribus plena sunt: mali inter malos uiui-
mus. Nobiscum bene agitur, si inter pessimos non si-
mus. Quoties uirum bonum uidere contingit: illi
assurgito: illi caput aperito: illum ut deum colito. uia
uiciorum lata est: & decliuis: & ideo cunctis peruia.
uia uirtutis angusta: cliuosa senticosa: & ideo paucis-
simis patens. Fimbria olim iudex electus in causa
pinthiæ: qui sponsionẽ fecerat: quod uir bonus eẽt:
iudicatu illo supsedit dicens nõ liquet: Quoniam ut

uir bonus aliquis sit: ea res innumerabilibus officiis & laudibus continetur. & ut dicere solebat pittachus
A pdifficile ẽ bonũ esse quidã malos interp̃tantur ĩperitos & barbaros: qui ius æquum sacros mores negligũt: Tãquã plures dixerit Bias eẽ impitos ac iniquos: Quod euidentissime planum est. quotus enĩ quisq̨ aut peritus aut pitiæ est affectator: quotus quisq̨ studet ĩgenuis disciplinis: ĩperitia atq̨ barbaria hoc tempore grassatur & uiget: explosa eliminataq̨ eruditiõe atq̨ humanitate: Idiotis ludibrio sunt: si qui sunt boni Impiti ĩ honore sunt atq̨ existimatione: periti probro atq̨ cauillis obnoxii esse ceperunt: Magna est ut dicebat Tusculanus Cato uirtutis incuria. Si mali imperiti boni consequenter periti dicentur: & quis nõ uidet inter mille uix millesimum bonũ hoc est pitum merito dici posse? Malos ab ãtiquis pro uilissimis dictos eẽ docet plinius sic ascribens: Quonam modo ĩquit utilissime coluntur agri? Ex oraculo: scilicet malis ac bonis. Itaq̨ cum abaui dicerent malos intelligere uoluisse uilissimos. Quod si mali ex hoc pliniano interpretamento pro uilibus accipiuntur: quis non uidet plures esse uiliores: despectiores sordidiores?
Quisquilias hominum & retrimenta? Exemplis res nõ eget: quæ luce clarior est. Nos quoquomodo mali dicantur: siue improbi: siue imperiti: siue uiles. Elaboremus: cõtendamus: enitamur: ne inter malos enumeremur: ut sententia Biantis uanidica & mendax comprobetur in nobis. Immo enixe curemus ut si

mus potius similes sacerdotibus Aegypti: quos piro
mas uocant. Est autem piromis græca lingua καλος
καγαθος. idest honestus & bonus. Hic idē Bias dice
re solebat: malle se inter inimicos iudicare: quā inter ami
cos. quippe ex amicis alterꝝ prorsus futurꝝ inimicum.
Ex inimicis autē alterum amicum. Idem interrogat9.
quid nā faciens homo delectaretur. lucrans inquit.

¶ Sexto Curiculo prodeat ad cursuram Pittac9 Mi
thyleneus: qui phrynonē Atheniēsium ducem mono
machia hoc est singulari certamine cōgressus intere
mit: cū istar retiarii rete emisso illum implicasset. hu
iusce pictaci illa ē celebrata sn̄ia. γνωθι καιρον latine
dicitur. noris temp9 uel noris oportunitatem, siue tē
pestiuitatem. ¶ Romana uox est ueni ī tempore. Inter
pretatio huiusce sapientissimi dicti saluberrima est:
ut scilicet norimus ī rebus agēdis obseruemusqꝫ op
portunitatem: ut in tempore cuncta agrediamur. Te
rēti9 rerꝫ oīum esse primum tēpus ait: Reputent cun
cti ut uerbis Ausonii utar quotus offensam incidat:
spectata cui nō fuerit opportunitas. Medicus in dāda
ægroto medicina norit καιρον: idest tempestiuitatē
Nam ut inquit ille: Tēporibus medicina ualet. Con
tra nihil est in morbis magis periculosum nec ma
gis perniciosum quam immatura medicina: qd & me
morat Seneca in libro ad Albinam matrem de con
solatione: præcipit Plinius noster cauendum ne ex re
mediis uitia fiant. Quod euenit nimia aut intem
pestiua medicina. Nolo commemorare quā multi ita

pereāt dum intempestiua pharmaca propinantur. In cibo quoq; dando o medice γνῶθι καιρὸν nosce q̄n tempestiuum est. Nā ut uerissime scribit Corne. Celsus optimum medicamentum est opportune cib9 datus: qui quādo dari debeat inter medicos non satis cōstat. Notum est illud Ouidianum: ipsa leget tempus medici quoq; tempora seruant: καιρὸς idest tempestiuitas tantum pollet ut uinum quod alioqui noxium est languentibus in tempore datū medeatur. Quod Ouidius quoq; planissime significat illo uersu: Data tempore prosunt: Et data non apto tempore uina nocent: huius rei obseruationem probe callebat Asclepiades: qui primus uino opitulari inuenit dando scilicet κατὰ καιρὸν idest ī tempore: q unū de uino dādo uolumē ɔdidit. Hippocrates ī aphorismis & Galen9 libro sexto simpliciū docens dolores oculorum uino meraco solui: quod ita interpretamur: si tempestiuiter detur. Tu qui aditus faciles ad principem quæris: cupisq; uoti compos euadere γνῶθι καιρὸν noris opportunitatem: & quæ mollissima fandi tempora: Cuius p̄cepti gnarus poeta sic cecinit: Sola uiri molles aditus & tēpora noras. Plautus opportunitatē innuēs efficacissimā eē ī rebus ait in pseudolo: ipsa mihi opportunitas nō potuit oportunius aduenire. Item in menechmis no potuisti magis p tempus mihi aduenirē quā aduenis. Ita ego soleo: commoditatis omnis articulos scio. historici prodiderūt Vespanium id temporis fuisse facillimum indulgentissimumq; : quo in balneum

tricliniūq; transibat: eaq; momenta atq; occasionum domesticos ad aliquid petendum magnopere captas se. Consimiliter uos qui uultis apud principem im pe trabiles esse captate id tempus: quo remissior hilarior indulgentior esse solet. Scitote plus pollere tempesti uitatem hāc ad successus petitionum: quā adipem leo nis: quā sanguinem basilisci: quā spondylon draconis quā anguinum dryudarum ouum: cæteraq; id genus promissa magicæ uanitatis. Contra non parum multi intempestiue interpellantes merito repulsam patiun tur. Quibus illud Nasonis dici potest. Non adiit ap te nō legit idonea credo tempora. Oratius probe cal lens quantū καιροσ. idest opportunitas polleat sic scri bit. Nisi dextro tempore flacci uerba per attentam nō ibunt Cæsaris aurem. idem mittens Augusto librum monet portitorem ut tempestiuiter adeat uidelicet. Si ualidus si lætus erit: si dēiq; poscet. Qui fabricam ma teriariam tractas: qui contignatiōes domi struis γνωσει καιρον quando tempestiua sit ad cedendum materi es: quam cedi tempestiuum esse luna senescente Plini us: Columella: Palladius: Vegetius: Cæteri tradide runt. Præterea tempestiue materies cedit a primo au tumno ad fauonium: ut docet Victruuius. A solstitio ad brumam: ut præcipit Cato per uer arbores intem pestiue ceduntur: cum id tempus sint prægnantes: & consequenter imbecillæ: sicut etiā corpora muliebria cum conceperint iudicantur infirma. Tempestiuiter materies sit firma ac durabilis in structuris: neq; pan

A

dationibus obnoxia est. Cōuenit aūt inter eruditos utilissime cerni in coitu lunæ: quē diem alii interlunium: alii inter mēstruum: alii lunæ silētis appellant. Quod si cōpetant coitus in nouissimum diē brumæ illā æternam futurā materiā spondēt. apud antiquos primo punico bello: Classis Duillii imperatoris ab arbore excisa sexagesimo die nauigauit: secundo quoq; punico bello classis Scipionis quadragesimo die a securi nauigauit. Tantum tempestiuitas in cedenda materie pollet. Quæret fortasse curiosus auditor cur materiam tam sæpe noīauerim: nusquā lignū. si quis ē qui id quæret: ille sciat consulto me id fecisse & sciēter: atq; ex latinitatis elegantia. Nāq; ut ex libris iuris consultorū didicimus & docet Vlpianus de legatis tertio: lignum dicitur quicquid cōburēdi causa paratū est: Materia uero: q̄ ad ædificandum fulciendumq; necessaria est: ideoq; lignis legatis arbores materiæ cā succisas non deberi. Idem iurisconsulti titulo de tigno iniuncto & titulo de uerbo℞ significatōe docent appellatione tigni materiam oēm cōtineri ex qua ædificium constet. De materia siue materie in hoc significatu scatēt uolūina erudito℞: inde materiatio & materiatura uictruuio. Inde fabrica materiaria Plinio ꝓ tignaria: Cuius inuentor fuit Dædalus: huic ipse faber tignarius eleganti uocabulo dictus a plauto materiarius. sed iā tempus est ut ex uia in semitam regrediamur. Qui emit: uendit: negociatur: noscat καιρον idest oportunitatem. Emptor captet tempus ut emat

paruo:uenditor ut uendat magno: Et ení ut præcipit: M. Varro tunc uendas cum caritas est. negociator ut cum lucro mercaturam exerceat: obeatq; ora re-rum uenalium. Amator amicam in tempore accedat cum tempestiuum est: Cum læta puellæ mens & animus ad ueneria propensior: Agricola omnem rusti-catiōem κατὰ καιρὸν idest in tempore exerceat. Nam ut inquit poeta: Frigidus agricolam si quando conti net himber malta forent que mox cælo properanda sereno: maturare datur. Messis: uindemia: oleitas: sationes: insitiones: propagationes tempestiuiter fiant. Constat frumenta si tempestiue decisa sint: in horreo grandescere. contra arbores ex in tempestiuo calore aut gelatione sentire uredinē: Siderationem: Carbū culationem. Denique ut summatim explicem omnis actio: omnis uita suam exposcunt tempestiuitatem: quam qui nouerit ille fortunatius pleraq; omnia aget & commodius. Pittaci & illæ sententiæ sunt: Deposi-tum cum acceperis redde. Amico noli maledicere: nec inimico quidem. pietatem colito. Frugi esto. Verita-tem custodito. Quod facturus es ne dixeris. quia si fa cere nequiueris rideberis. interrogatus quid infidum esset: mare inquit. Item percunctanti quid esset opti-mum respondit bene agere.

Superest septimum nouissimumq; curriculum: quo decurso ad metam prouehemur. Cursor autem progrediatur qui agmen cogit Periāder corinthius: qui principibus summa ope enitendum suadebat ut

si tuto uellēt dominari beniuolētia nō armis stiparen-
tur. Ex eius penuario promptum est penus illud sci-
tissimi saporis μελετη το παν idest meditationē eē to
tum: quippe is solus rei gerēdæ est efficax: qui prius
omne negocium meditatur. Nam ut inquit elegāter
Ausonius locare sedes: bellum gerere: aut pellere: ma
gnas modicasq; res etiam paruas quoque agere uo-
lentem meditari decet. Segniores oēs īceptis sumus:
meditatio si rei gerendæ defuit: cogitare oportet in re
bus oībus quid gerendū sit. Et enim incogitātes sors
nō cōsilium regit. Salustius dixit consulto opus esse:
& ubi consulueris mature facto. Temeritas stulta &
infelix est: ut inquit apud Titum Liuium Fabius Ma
ximus: Consultatio meditatioq; rebus consulunt &
priuatis & publicis. Latinus Virgilianus ī cognitan-
tiā improbans: meditationē probans sic infit. O præ-
stans animi iuuenis quantum ipse feroci Virtute exu-
peras. tanto me impensius æquum est Consulere at
que oēs metuentem expendere casus. illud Terentia
num quis ignorat? omnia prius consilio quā armis ex
periri decet. Romani annuos nagistratus: quorum
maxima foret potestas creauere: Consulesq; appella
uere: nimirum a consulendo tanquā consilio & con-
sultatione rectores administratoresq; rei publi. cun-
cta moderari debeāt. Quid prīcipi magis expedit quā
habere cōsiliarios prudentes ac circunspectos: quo
rum meditatione: consilio: consultatione cuncta ppē
dat: libret: examinet: ut omnia fiant ad libellam &

consulto opus ē & ubi consu
lueris mature opus ē fcō
Temeritas stulta et infelix

normam: ne quid deliret amussis? Agamemnon homericus optat non decem similis Aiacis qui fortitudine cēset. Sed ɔsiliarios dcē tales: qlis fuit Nestor. Sic. n. iqt. τοιουτοι δεκα μοι συμφραδμονες ειεν αχαιων
Quod si acciderit non dubitat quin breui Troia peritura sit: & enim magnæ res ut ait. M. Tullius geruntur consilio: ratione sententia. Vlyxes apud Ouidiū eludens aiacis stoliditatē inquit: Tu uires sine mente geris: mihi cura futuri est. Et mox paulo: Pectora sunt potiora manu: uigor omnis in illis. Meditatōe cūcta fiunt meliora, & factu faciliora: ut Vegetius docet. Græcum epigramma non hanc periandri de meditatione sentētiam celebrat sed illam. χολου κρατεειν Quod uerbum significat iræ temperandum esse. Quod præceptum & ipsum quā salubriter detur mortalibus, quis nō uidet? Cum ira breuis insania, siue breuis furor sit: ut docti autumant: quā frenis moderari ac compescere non mediocris sapientiæ est. M. Tullius in epistola ad Quītum fratrem protreptica: hortatur monet pcepit ut resistat iracundiæ: ut linguam in ira contineat: ut animo & orationi, cum sit iratus, moderetur. Nam si implicabiles iracundiæ sint: summa est acerbitas. Aiacem in mortem egit furor: In furorē ira. Cætera uitia impellūt animos: ira præcipitat. Maximum remedium est iræ, mora: atq dilatio: ut primus eius feruor relanguescat. proinde Athenodori illud salutare præceptum habere cordi atque memoriæ operepretium duco: qui Augusto Cæsari sic præ

Tu uires sine mete geris mihi cu
futuri e

A Ira qd!

cepit: Cum ira te o Cæsar ceperit: nihil prius neque
A dixeris/neque feceris: quã ipsas uiginti quattuor litteras elementarias tecum ipse percurreris. Tres sunt affectus. qui omnes homines in omnia facinora præcipites agunt: Ira: Cupiditas: Libido. Propterea poetæ tres furias esse dixerunt: quæ mentes hominum
B exagitent. Instar enim furiarum hi tres affectus iræ cupiditatis: libidinis mortales dementant: stimulis agitant: furore perturbant. Stat quidem Aristoteles iræ defensor/ac propugnator dicens: iram calcar/atq; cotem esse uirtutis: Sed huic Aristotelicæ sententiæ reclamant ac refragrantur. M. Tullius: Seneca cæteri: a quibus proditum est iratos proprie dici exisse de potestate. id est de consilio: de ratione: de mente. Et cum ira insania sit: negant utilem esse insaniam haud naturalem. Grammatici iram ab eo, quod est ire, dici tradunt: eo quod a se eat, qui irascitur & furit.

Qui ergo a se ipso abire non uult: nec mentis impos fieri iam suffrenent: & hunc temporarium animi motum impotentissimum coerceat. Quæri solet quid ira distet ab iracundia: Scitote iram ex causa nasci: Iracundiam de uitio multum irascentis: sic & iratum iracundumq; distigui: ut iratus ex causa sit: Iracundus ex natura: & sicut ebrius differt ab ebrioso. Ita iratus ab iracundo. Namque ebriosum dici proprie uolunt, eum, qui ebrietatis uitio obnoxius est: Ebrium uero: qui interdum uino grauis sit & impos sui: potest enim qui ebrius est. tunc primum esse nec

Cum tres furie

Ira est calcar: et cos uirtutis

Unde Ira.

Inter Iram et iracundiam.

Ebrius et Ebriosus differunt.

habere hoc uitiũ: Et qui ebriosus est sæpe extra ebrietatem esse. Consimiliter iratus potest esse non iracũdus: Et iracundus qui iracundiæ obnoxius significatẽ potest aliquando iratus non esse. Cæterum quoquo modo etiam atq3 etiam nobis cauendum est: ne iræ ne iracundiæ procliuitate rapiamur: ne irati ne iracundi simus. Quod uicium tam deforme est: ut fœda uisu & horrenda fiat facies irascentium: ut flagrent oculi: ut capilli subrigantur: ut ore toto multus rubor erũpat: ut labra mordeantur. Dentes arietentur. possem infinita prope congerere pertinentia ad utranq3 hãc Periandri Corynthii sentẽtiam: qua dixit totum contineri meditatione: & iracundiam esse frenãdam: sed nos ĩmensum spatiis confecimus æquor: & iam tempus equum fumãtia soluere colla. Iam decursis septenis curriculis ad metam prouecti sumus. Eiusdem Periandri illæ quoq3 sententiæ sunt: bona quies est: In rebus secundis esto moderatus: in aduersis prudens. Quodcunq3 pollicitus fueris seruato: Non peccantes modo uerum q̃ peccare gestãtes punito.

Hic ẽ orbiculatus gyrus septem græciæ sapientum: quorum nomina delphicus Apollo, cum quæreretur quisnam primus sapientum foret: in orbe tereti incidi iussit: ne primus esset ne uel imus quispiam. Habetis dicta sapientũ, quæ ut inquit Socrates apud Platonem ĩ phedro: nũquã sunt contẽnẽda. habetis sententias philosophorum publice priuatimq3 utilissimas: breues pariter & longas. breues in uerbis: lon

gas in sensu. Quarum cortex medullam tegit obdu
citq; succosiorem ueluti prodromon idest præcurso-
riam legitimi annuiq; curriculi nostri litterarii. In quo
epistolæ Plinii cum Valerio Flacco iunctim ibunt:
Et una ad metas per interuallatos cursus progredien
tur. Erit opinor operæpretium spectatorib9 spectasse
horunce cursorum gradus omnis uestigia: sudores:
anhelationes. hoc est erit fructuosum auditoribus
me præuio & interprete diligenter pensitasse: ob-
seruasse: edidicisse in Plinio & Flacco elegantiã: eru
tiõem: schemata: Tropos: cæteraq; omne genus illu
stramenta. Nos pro uirili parte elaborabimus: ut Pli-
nianæ epulæ & Flacci edulia nostris condituris con-
diantur: ut nostro embammate hoc est intinctu & cõ-
ditione fiant suauiora esculentioraq; faciantq; ad sto-
machum epulonum. Quod si quid duriusculum den
tes offendet: id per nos mansum mollitumq; fiet. Ita
ut cum uoluptate deduci in uẽtriculum, transmittiq;
possit. Occurret fortassis hoc in loco curiosus au-
ditor: & mussitans dicet. bene quidem o orator & be
ne dixisti. sed quorsum istud tam bene? quid istæc tã
longa de septem sapientibus explicatio ad Plinii epi-
stolas pertinet & Flacci argonautica? Quid manus fi
guli, dum amphoram formare debet, urceum finxit?
Ego isti id quærenti ita breuiter libera uoce respon
deo. O Auditor curiose nolito hinc ansam capere ca
lumniandi: Scito prœmia in causis non parum mul-
tis maxime libera esse: & longe a materia duci: ut Iso

crates & Gorgias apud græcos factitarunt: ut Salustius Crispus apud nostros in bello Iugurthino & Catilinario nihil ad historiam pertinentibus principiis orsus est: Denicꝫ in gymnasio libero libera ē oratio: libera lingua: dummodo citra maledictum euagetur: & citra fastidium. Principia undecunqꝫ ducta si modo docte dicta sint, laudem merentur: nec rationem semper reddere cogitur oratoriæ dictionis orator: Maximeqꝫ si a secta deuius non aberrat.

Mos est causa porata gratias agere Auditoribus. uos pro gratiarū actione accipite tetrastichon: quo septem sapientum præcepta eodem ordine complexi sumus: quo sunt explicata: ut ita facilius memoriæ atqꝫ animis uestris inhærescant.

Respicito finem uitai. Noscito temet.
Optima mensura est: sponsio damna dabit.
Plures nempe mali. peridonea tempora nosce.
consilium. cum ratione Regit.

Philippi Beroaldi Bononiensis opusculorum.

FINIS.

